CAJO
CORNELIO TACITO

VOLGARIZZATO

DA

LODOVICO VALERIANI

VOLUME TERZO

FIRENZE

PER IL MAGHERI

1819.

ANNALI

DI

C. CORNELIO TACITO

Qua pompa Tacitus ....
SIDON. *in Paneg. ad Anth.*

C. CORNELII
TACITI
ANNALIUM

LIBER DECIMUSQUARTUS

1. *Cajo Vipsanio, Fontejo Coss. diu meditatum scelus non ultra Nero distulit, vetustate imperii coalita audacia, et flagrantior in dies amore Poppaeae, quae sibi matrimonium, et discidium Octaviae, incolumi Agrippina, haud sperans, crebris criminationibus, aliquando per facetias incusare Principem, et* pupillum *vocare*, qui jussis alienis obnoxius, non modo imperii, sed libertatis etiam indigeret. Cur enim differri nuptias suas? formam scilicet displicere et triumphales avos? An foecunditatem, et verum animum? timeri, ne uxor saltem injurias Patrum, iram populi adversus superbiam, avaritiamque matris, aperiat. Quod si nurum Agrippina non nisi filio infestam ferre posset, reddatur ipsa Othonis conjugio. Ituram quoquo terrarum, ubi audiret potius contumelias Imperatoris, quam viseret, periculis ejus immixta. *Haec atque talia, lacrymis et arte adulterae penetrantia, nemo prohibebat; cupientibus* cunctis *infringi matris potentiam, et cre-*

ANNALI

DI

C. CORNELIO TACITO

LIBRO QUATTORDICESIMO

I. Consoli Cajo Vipsanio e Fontejo, non indugiò Nerone più oltre la tanto già meditata scelleratezza, cresciutagli col regnar lungo l' audacia, e ogni dì più infiammandosi di Poppea, la quale non isperando d' essergli moglie ed il ripudio d' Ottavia, viva Agrippina, con assai spessi rimproveri, talora scherzevolmente, pungeva il Principe, e lo chiamava *pupillo, che ligio agli altrui voleri di libertà, non che d' imperio, mancasse. Perchè a qual fine si differiscon sue nozze? Sgradisce forse l'aspetto e gli avi trionfali? o la fecondità e la vera benevolenza? teme, che moglie almen le ingiurie de' Padri, l' ira del popolo contro l' orgoglio e la tenacità della madre non gli riveli? Che se Agrippina nuora soffrir non può, se non al figliuolo avversa, restituiscasi essa al matrimonio di Ottone. A qual sia terra trarrebbesi, ove udrebbe, più tosto che contemplare, l' onte del Principe, a' rischj suoi mescolata.* Queste parole, ch' eran saette per gli artifizj e le

dente nullo usque ad caedem ejus duratura filii odia.

2. *Tradit Cluvius,* Agrippinam ardore retinendae potentiae eo usque provectam, ut medio diei, cum id temporis Nero per vinum et epulas incalesceret, offerret se saepius temulento comptam, et incesto paratam. Jamque, lasciva oscula et pràenuntias flagitii blanditias adnotantibus proximis, Senecam contra muliebres inlecebras subsidium a foemina petivisse : immissamque Acten, libertam, quae simul suo periculo, et infamia Neronis anxia, deferret, pervulgatum esse incestum, gloriante matre, nec toleraturos milites profani Principis imperium. *Fabius Rusticus*, non Agrippinae, sed Neroni cupitum id, *memorat*, ejusdemque libertae astu disjectum. *Sed quae Cluvius, eadem ceteri quoque auctores prodidere, et fama huc inclinat: seu conceperit animo tantum immanitatis Agrippina, seu credibilior novae libidinis meditatio in ea visa est, quae, puellaribus annis, stuprum cum Lepido, spe dominationis, admiserat, pari cupidine usque ad libita Pallantis provoluta, et exercita ad omne flagitium patrui nuptiis.*

3. *Igitur Nero vitare secretos ejus congressus: abscedentem in hortos, aut Tusculanum vel Antiatem in agrum laudare*, quod otium lacesseret. *Postremo, ubicumque haberetur, praegravem ratus, interficere constituit: hactenus*

lagrime dell'adultera, da niuno si rintuzzavano; bramando tutti depressa l'autorità della madre, niuno però credendo che l'odio trarrebbe il figlio anche a spegnerla.

2. Racconta Cluvio, *che l'ardore di conservarsi in grandezza spronò tant' oltre Agrippina, che a mezzo dì, quando Nerone di cibo e vino era caldo, gli si offerì sovente, nell' ubriachezza, abbigliata e pronta all' incesto. E già notandone i circostanti i lascivi baci e le carezze foriere della ribalderia, Seneca da una donna alle donnesche lusinghe cercò riparo; e spinse Atte liberta, come affannosa e pel proprio rischio e per l' infamia di lui, a denunziare a Nerone, che già l' incesto era pubblico, se ne gloriava la madre, nè sariano per tollerare i soldati la signoria d' empio principe*. Fabio Rustico scrive, *che ciò bramasse Nerone, non Agrippina; e per ingegno della liberta medesima se ne stogliesse.* Ma gli altri scrittori ancora narran lo stesso che Cluvio, e ciò prevale per fama: o in cuor d'Agrippina nacque tanta bestialità; o più credibile l'idea di nuova libidine parve in lei, che nell'età fanciullesca, per brama di signoria, s'era macchiata con Lepido; per egual brama alle voglie sin di Pallante prostituitasi, e colle nozze del zio asuefattasi ad ogn'infamia.

3. Nerone dunque sfuggivane gli abboccamenti segreti: s'ella a' giardini a Tuscolo, o in villa ad Anzio si ritraeva, la commendava *che amasse la solitudine*. Venutagli finalmente, dovunque fosse, a fastidio, fissa d'ucciderla, sol consigliandosi, *se*

consultans, veneno an ferro, vel qua alia vi. *Placuitque primo venenum. Sed inter epulas Principis si daretur, referri ad casum non poterat, tali jam Britannici exitio; et ministros tentare arduum videbatur mulieris, usu scelerum adversus insidias intentae: atque ipsa praesumendo remedia munierat corpus. Ferrum et caedes quo nam modo occultaretur, nemo reperiebat; et ne quis, illi tanto facinori delectus, jussa sperneret, metuebat. Obtulit ingenium Anicetus libertus, classis apud Misenum praefectus, et pueritiae Neronis educator, ac mutuis odiis Agrippinae invisus. Ergo*, navem posse componi, *docet*, cujus pars, ipso in mari per artem soluta, effunderet ignaram. Nihil tam capax fortuitorum, quam mare; et, si naufragio intercepta sit, quem adeo iniquum, ut sceleri adsignet quod venti et fluctus deliquerint? Additurum Principem defunctae templum, et aras, et cetera ostentandae pietati.

4. *Placuit sollertia, tempore etiam juta, quando Quinquatruum festos dies apud Bajas frequentabat. Illuc matrem elicit*, ferendas parentum iracundias, et placandum animum, *dictitans, quo rumorem reconciliationis efficeret, acciperetque Agrippina, facili foeminarum credulitate ad gaudia. Venientem dehinc, obvius in litore,* (*nam Antio adventabat*) *excipit manu et complexu; ducitque Baulos. Id villae nomen est, quae, promontorium Misenum inter et Bajanum lacum, flexo mari adluitur. Stabat inter alias navis ornatior, tamquam id quoque honori ma-*

di veleno, o di ferro, o d'altra violenza. E piacque in prima il veleno. Ma se alla mensa del principe si apprestasse, non si poteva imputare al caso, perchè già spento così Britannico; e si mostrava difficile tentar ministri di donna per uso di scelleraggini guardinga contro alle insidie, oltrechè ell'erasi con antidoti corroborata le viscere. Mezzo a velar l'assassinio, se di pugnale perisse, non appariva; e temeva non trovar mano decisa a tanto attentato. Offerse il modo Aniceto liberto, governator dell'armata presso Miseno, educatore della puerizia del Principe, e di scambievole odio acceso contro Agrippina. Mostragli dunque *potersi formar tal nave, che;ad arte in mare rompendosi, la sommergesse improvisamente: niente più adatto agli accidenti, che il mare: se pera di naufragio, chi tanto ingiusto, che a scelleraggine ascriva un colpo di vento e d'onde? Aggiungerebbe all'estinta il Principe tempio, ed altari, ed ogni dimostrazion di pietà.*

4. Piacque l'ingegno, ajutato ancora dal tempo; poichè celebrava a Baja la festività de' Quinquatrj. Trasse colà la madre, spacciando *doversi tollerar l'ire de genitori, e placarle*, perchè romore sorgesse del suo riconciliamento e l'accogliesse Agrippina con la credulità delle donne a tutto ciò che rallegrale. Fattosi quindi ad incontrarla sul lido (perocchè d'Anzio veniva) per man la prende, l'abbraccia, ed a Bauli la mena: così la villa s'appella, che tra Miseno e Baja è da quel golfo battuta. Sorgea tra l'altre pomposa nave, quasi apprestata fosse per onorarla, usando ella di farsi trarre in

tris daretur: quippe sueverat triremi, et classiariorum remigio vehi. Ac tum invitata ad epulas erat, ut occultando facinori nox adhiberetur. Satis constitit, extitisse proditorem, et Agrippinam, auditis insidiis, an crederet ambiguam, gestamine sellae Bajas pervectam. Ibi blandimentum sublevavit metum, comiter excepta, superque ipsum conlocata. Nam pluribus sermonibus, modo familiaritate juvenili Nero, et rursus adductus, quasi seria consociaret, tracto in longum convictu, prosequitur obeuntem, arctius oculis et pectori haerens, sive explenda simulatione, seu periturae matris supremus adspectus quamvis ferum animum retinebat.

5. *Noctem sideribus inlustrem, et placido mari quietam, quasi convincendum ad scelus, Dii praebuere. Nec multum erat progressa navis, duobus e numero familiarium Agrippinam comitantibus: ex quibus Creperejus Gallus haud procul gubernaculis adstabat, Acerronia, super pedes cubitantis reclinis,* poenitentiam filii, et reciperatam matris gratiam, *per gaudium memorabat: cum, dato signo, ruere tectum loci, multo plumbo grave: pressusque Creperejus, et statim exanimatus. Agrippina et Acerronia eminentibus lecti parietibus, ac forte validioribus, quam ut oneri cederent, protectae sunt. Nec dissolutio navigii sequebatur, turbatis omnibus, et quod plerique ignari etiam conscios impediebant. Visum dehinc remigibus* unum in latus inclinare, atque ita navem submergere. *Sed neque ipsis promptus in rem subitam consensus, et alii, contra nitentes,*

galea da' remator dell'armata. Ed era allora invitata a cena, perchè la notte sorgesse ad occultar l'attentato. Certo è che v'ebbe chi ad Agrippina svelò la trama, ed ella, incerta se crederla, fu tratta a Baja in lettiga. Là le carezze le tolsero la paura; piacevolmente accolta, e sopra lui collocata. Poichè Nerone, ora con giovenile dimestichezza, ed or sostenuto quasi importanti cose le confidasse, tratto il convito a lungo, l'accompagnò nel partire, non si saziando di riguardarla e abbracciarla, o per consumar la frode, o la estrema vista di moribonda madre quell'animo, benchè feroce, ammansiva.

5. Chiara di stelle, e per queto mare tranquilla reser gl'Iddii quella notte, quasi a convincere la scelleraggine. Non era molto inoltrata la nave, due soli di tanti suoi familiari accompagnando Agrippina, de' quali Creperejo Gallo non lungi stavasi dal timone, Acerronia, sdrajata a' piè di lei che giaceva, *il pentimento del figlio e la sua riconciliazion con la madre* per gioja rammemorava: quando, ad un cenno, rovinò quivi il tetto grave di molto piombo; e oppresse e spense in un attimo Creperejo. Agrippina e Acerronia dall'elevate sponde del letto, e per ventura gagliarde a segno da non soccombere al peso, furono guarentite. Nè andava a sfascio la nave, perocchè tutti si scompigliarono, e molti non consapevoli gli stessi complici dell'assassinio intrigavano. Parve di poi a' rematori *di spingere tutta da un lato e sommergere così la nave*. Ma nè fur essi al subitaneo impulso concor-

dedere facultatem lenioris in mare jactus. Verum Acerronia imprudens, dum, se Agrippinam esse, et ut subveniretur matri Principis, *clamitat, contis et remis, et, quae fors obtulerat, navalibus telis conficitur. Agrippina silens, eoque minus agnita, unum tamen vulnus humero excepit. Nando, deinde occursu lenunculorum Lucrinum in lacum vecta, villae suae infertur*.

6. *Illic reputans, ideo se fallacibus literis accitam, et honore praecipuo habitam; quodque litus juxta, non ventis acta, non saxis impulsa navis, summa sui parte, veluti terrestre machinamentum, concidisset; observans etiam Acerroniae necem; simul suum vulnus adspiciens; solum insidiarum remedium esse, si non intelligerentur; misit libertum Agerinum, qui nuntiaret filio*, benignitate deum, et fortuna ejus, evasisse gravem casum: orare, ut, quamvis periculo matris exterritus, visendi curam differret: sibi ad praesens quiete opus. *Atque interim, securitate simulata, medicamina vulneri, et fomenta corpori adhibet;* testamentum Acerroniae requiri, bonaque obsignari *jubet. Id tantum non per simulationem.*

7. *At Neroni, nuntios patrati facinoris opperienti, adfertur*, evasisse ictu levi sauciam, et hactenus adito discrimine; ne auctor dubitaretur. *Tum pavore exanimis, et*, jam jamque adfore, *obtestans*, vindictae properam, sive servitia armaret, vel militem accenderet, sive ad Senatum et Populum pervaderet, naufragium et vulnus et in-

di, ed altri, facendo forza in contrario, fecero che la nave a poco a poco affondasse. Acerronia però imprudente, mentre schiamazza *ch' era Agrippina, salvin la madre del Principe*, con remi, pertiche, e quanti navali ordegni la sorte offerse, fu spenta. Agrippina mutola, e perciò men conosciuta, pur s'ebbe una ferita alle spalle. Nuotando avvennesi in un battello, che per il Lago Lucrino alla sua villa la trasse.

6. Là ruminando, che perciò fu da lettere ingannatrici invitata, e sommamente onorata; che presso al lido, non agitata da venti, non pinta a a scogli, rovinò la nave dall'alto, quale terrestre edifizio; la morte ancor di Acerronia considerando; guardando insieme la sua ferita; e come sol dalle insidie potea salvarla il parere di non intenderle; manda il liberto Agerino ad annunziare a suo figlio, *che per bontà degl' Iddii e per sua fortuna scampò di grave pericolo: pregalo, benchè dal rischio della madre atterrito, ad indugiare il pensiero di visitarla: per ora abbisognarle riposo*. E intanto, sicurezza infingendo, adoprasi a medicar la ferita, e a ristorare le membra; ordina *che ricerchisi il testamento, ed ogni arnese suggellisi di Acerronia;* ciò solo senza simulazione.

7. Ma Nerone, standosi in sull' avviso del consumato attentato, ode *com' ella scampò ferita da leggier colpo, e tal pericolo corse da non restarne l' autore ignoto*. Agghiaccia allor di paura, e *ajuto*, grida, *ch' ella è già qui; a vendicarsi già vola, o ch' armi i servi, o che sollevi i soldati, o che al Senato e al popolo si presenti, il naufra-*

terfectos amicos objiciendo; quod contra subsidium sibi? nisi quid Burrus et Seneca reperirent. *Quos statim acciverat, incertum an et ante gnaros. Igitur longum utriusque silentium, ne irriti dissuaderent, an eo descensum credebant, ut, nisi praeveniretur Agrippina, pereundum Neroni esset. Post Seneca, hactenus promptior, respicere Burrum, ac sciscitari*, an militi imperanda caedes esset? Ille Praetorianos toti Caesarum domui obstrictos, memoresque Germanici, nihil adversus progeniem ejus atrox ausuros, *respondit*; perpetraret Anicetus promissa. *Qui, nihil cunctatus, poscit summam sceleris. Ad eam vocem Nero*, illo sibi die dari imperium, auctoremque tanti muneris libertum, *profitetur*: iret propere, duceretque promptissimos ad jussa. *Ipse, audito*, venisse missu Agrippinae nuntium Agerinum, *scenam ultro criminis parat: gladiumque, dum mandata perfert, abjicit inter pedes ejus. Tum, quasi deprehenso*, vincla injici *jubet, ut*, exitium Principis molitam matrem, et pudore deprehensi sceleris sponte mortem sumpsisse, *confingeret*.

8. *Interim, vulgato Agrippinae periculo, quasi casu evenisset, ut quisque acceperat, decurrere ad litus. Hi molium objectus, hi proximas scaphas scandere; alii, quantum corpus sinebat, vadere in mare; quidam manus protendere: questibus, votis, clamore diversa rogitantium, aut incerta respondentium, omnis ora compleri: adfluere ingens multitudo cum luminibus; atque, ubi incolumem esse pernotuit, ut ad gratandum,*

gio, e la ferita, e gli uccisi amici rimproverandomi; quale m' avrò sostegno? se pur da Burro e da Seneca non mi si appresta. Aveali tosto chiamati, e forse già consapevoli. Tennersi dunque gran pezza mutoli per non opporglisi invano, o che a tal giunto lo reputassero, che dovesse, non prevenendo Agrippina, perir Nerone. Poi Seneca, insinallora più pronto, affisa Burro e lo interroga, *se a' soldati dovesse imporsi d' ucciderla?* Egli rispose, *che i pretoriani devoti alla famiglia de' Cesari, e memori di Germanico, nulla d' atroce contro il suo sangue ardirebbono: compia le sue promesse Aniceto.* Il quale senza indugiare, s' offre a compire il misfatto. A cotal voce grida Nerone, *oggi è pur mio l' imperio: liberto, è tuo tanto dono; và, vola, mena i più solleciti agli ordini.* Egli, inteso com' era giunto Agerino per commission d' Agrippina, ordisce tosto una scena di tradimento: mentr' egli espon l' ambasciata, gittagli a' piedi un pugnale: quasi coltolo allor sul fatto, ordina *s' incateni*, per dare a credere *che la madre tramò la morte del Principe*, *e s' era poi per vergogna della scoperta scelleraggine uccisa.*

8. Sparsosi intanto il pericolo d'Agrippina, quasi accidentalmente avvenisse, ciascuno, appena che il seppe, corre alla riva. Chi su pe' moli, chi sale su per le barche vicine; altri, quanto poteano col petto, cacciansi in mare; stendono alcuni le mani: di omèi, di voti, di un clamorìo, d' un domandar discorde, e di un incerto rispondere tutta la riva risuona: gran volgo accorre con faci; e appena si chiarì salva, s' accalca per rallegrarsene, sinchè la

sese expedire, donec adspectu armati et minitantis agminis disjecti sunt. Anicetus villam statione circumdat, refractaque janua, obvios servorum adripit, donec ad fores cubiculi veniret: cui pauci adstabant, ceteris terrore inrumpentium exterritis. Cubiculo modicum lumen inerat, et ancillarum una: magis ac magis anxia Agrippina, quod nemo a filio, ac ne Agerinus quidem. Aliam fere litore faciem nunc, solitudinem, ac repentinos strepitus, et extremi mali indicia. Abeunte dehinc ancilla, tu quoque me deseris, *prolocuta, respicit Anicetum, trierarcho Herculeo, et Oloarito, centurione classiario, comitatum: ac*, si ad visendum venisset, refotam nuntiaret: sin facinus patraturus, nihil se de filio credere, non imperatum parricidium. *Circumsistunt lectum percussores, et prior trierarchus fusti caput ejus adflixit: jam in mortem centurioni ferrum destringenti, protendens uterum*, ventrem feri, *exclamavit: multisque vulneribus confecta est.*

9. *Haec consensu produntur. Adspexerit ne matrem exanimem Nero, et formam corporis ejus laudaverit, sunt, qui tradiderint, sunt, qui abnuant. Cremata est nocte eadem, convivali lecto, et exequiis vilibus: neque, dum Nero rerum potiebatur, congesta aut clausa humus. Mox domesticorum cura levem tumulum accepit, viam Miseni propter, et villam Caesaris dictatoris, quae subjectos sinus editissima prospectat. Accenso rogo libertus ejus, cognomento Mnester, ipse ferro se transegit; incertum ca-*

vista di armato stuol minacciante li dissipò. Aniceto stringe di guardie la villa, e fracassata la porta arresta i servi che incontra, sinochè giunse alla camera, dov'eran pochi, gli altri dallo spavento degli aggressori sbandatisi. Eravi in camera un fioco lume, e sola un' ancella, e più e più affannosa Agrippina, che niun dal figlio, neppur venisse Agerino: quasi or cambiato d' aspetto il lido, solitudine, e repentini strepiti, e segni di estrema ruina. Partendosi poi l' ancella, dettole, *tu pur m' abbandoni*, vede Aniceto accompagnato da Erculeo trierarco, e da Oloarito centurion dell' armata, *e se vieni per visitarmi, digli ch' i' mi riebbi: se a consumare un misfatto, nol crederò mai del figlio; non t'ordinò un parricidio*. I sicarj accerchiano il letto, e primo Erculeo crosciolle in capo un bastone; al centurione col ferro in alto per ammazzarla, sporgendo il ventre, *qui qui ferisci*, gridò, e mille colpi la spensero.

9. Narransi tali cose concordemente. Se riguardasse Nerone l' estinta madre, e la bellezza del corpo ne commendasse, v' ha chi affermalo, v' ha chi 'l niega. S' arse la stessa notte, nel convivale suo letto, e con vili esequie: nè, mentre signoreggiava Nerone, fu d' una zolla onorata. Per cura poi de' domestici ebbesi picciol sepolcro presso alla via di Miseno ed alla villa di Cesare Dittatore, che altissima i sottoposti golfi vagheggia. Acceso il rogo, Mnestere suo liberto con un pugnale s' uccise: se per amore della padrona, o per timor di peggio,

ritate in patronam, an metu exitii. Hunc sui finem multos ante annos crediderat Agrippina, contempseratque. Nam consulenti super Nerone, responderunt Chaldaei, fore ut imperaret, matremque occideret: *atque illa*, occidat, *inquit*, dum imperet.

10. *Sed a Caesare, perfecto demum scelere, magnitudo ejus intellecta est. Reliquo noctis, modo per silentium defixus, saepius pavore exurgens, et mentis inops, lucem opperiebatur, tamquam exitium adlaturam. Atque eum, auctore Burro, prima centurionum, tribunorumque adulatio ad spem firmavit, prensantium manu gratantiumque*, quod discrimen improvisum et matris facinus evasisset. *Amici dehinc adire templa, et, coepto exemplo, proxima Campaniae municipia victimis et legationibus laetitiam testari. Ipse, diversa simulatione, moestus, et quasi incolumitati suae infensus, ac morti parentis inlacrymans. Quia tamen non, ut hominum vultus, ita locorum facies mutantur, obversabaturque maris illius et litorum gravis adspectus (et erant, qui crederent, sonitum tubae collibus circum editis, planctusque tumulo matris audiri) Neapolim concessit, literasque ad Senatum misit, quarum summa erat :*

11. Repertum cum ferro percussorem Agerinum, ex intimis Agrippinae libertis, et luisse eam poenam conscientia, qua scelus paravisset. *Adjiciebat crimina longius repetita;* quod consortium imperii, juraturasque in foeminae verba praetorias cohor-

è mal noto. Avea saputo molt' anni prima e sprezzato cotal suo fine Agrippina, poichè consultando sopra Nerone gli astrologi, le risposero *ch' ei regnerebbe e ucciderebbe la madre*, ed essa *la uccida* disse, *ma regni*.

10. Ma da Cesare, compiuto alfine il misfatto, se ne comprese l'enormità. Il resto di quella notte ora immobilmente mutolo, più spesso atterrito alzandosi e forsennato, la luce, come di morte apportatrice, aspettava. E per consiglio di Burro prima a speranza lo confortò l' adulazione de' centurioni e tribuni, per man prendendolo, e festeggiandolo *che scampasse dall' improviso pericolo e dalla fellonìa della madre*. Gli amici quindi corrono a' templi; e dall' esempio animati i municipj vicini della Campania attestano con vittime e ambascerìe l' allegrezza: ei simulando il contrario, mesto, quasi sdegnoso di vivere; l'estinta madre piagneva. Perchè però non si cambiano così gli aspetti de' luoghi, come i sembianti degli uomini, e di quel mare e di quelle rive ferocemente la vista lo travagliava (e v'era pur chi credette udir da' vicini colli fragore di trombe ed ululi dalla materna tomba) a Napoli si ritrasse, e scrisse in tal sentenza al Senato.

11. *Che fu sorpreso con un pugnale Agerino, un de' liberti intimi di Agrippina, per ammazzarlo; e ch' ella aveane pagato il fio con quella furia medesima, che la sospinse al misfatto.* Antiche accuse aggiungeva: *ch' ella bramasse starsi*

tes, idemque dedecus Senatus et Populi speravisset: ac, posteaquam frustra optata sint, infensa militibus Patribusque et plebi, dissuasisset donativum et congiarium, periculaque viris inlustribus instruxisset. Quanto suo labore perpetratum, ne inrumperet curiam, ne gentibus externis responsa daret? *Temporum quoque Claudianorum obliqua insectatione, cuncta ejus dominationis flagitia in matrem transtulit*, publica fortuna extinctam *referens. Namque et naufragium narrabat: quod fortuitum fuisse, quis adeo hebes inveniretur, ut crederet? aut a muliere naufraga missum cum telo unum, qui cohortes, et classes Imperatoris perfringeret? Ergo non jam Nero, cujus immanitas omnium questus anteibat, sed adverso rumore Seneca erat*, quod oratione tali confessionem scripsisset.

12. *Miro tamen certamine procerum decernuntur* supplicationes apud omnia pulvinaria; utque Quinquatrus, quibus apertae essent insidiae, ludis annuis celebrarentur: aureum Minervae simulacrum in curia, et juxta Principis imago statueretur: dies natalis Agrippinae inter nefastos esset. *Thrasea Paetus, silentio vel brevi adsensu priores adulationes transmittere solitus, exiit tum Senatu; ac sibi caussam periculi fecit, ceteris libertatis initium non praebuit. Prodigia quoque crebra et irrita intercessere. Anguem enixa mulier; et alia in concubitu mariti fulmine exanimata: jam sol repente obscuratus, et ta-*

in imperio con lui, e i pretoriani giurassero a volontà d' una donna, e dal Senato e dal popolo lo stesso obbrobrio. E poichè vane riuscirono le sue brame, adirata con i soldati e i Padri e la plebe, dissuadesse il donativo e il congiario, e macchinasse agli uomini più segnalati rovina. Quanta fatica non gli costò d' impedirle che in Curia non penetrasse, non rispondesse alle nazioni straniere? Obliquamente mordendo ancora la signorìa di Claudio, tutti gli obbrobrj ne scaricò sulla madre, *morta* asserendola *per pubblica felicità*. Poichè narrava ancora il naufragio, il quale chi tanto stolto che reputasse fortuito? o che da naufraga donna fosse spedito un solo con un pugnale a sbaragliar le guardie e armate del Principe. Dunque non già Nerone, la cui brutalità ogni doglianza avanzava, ma laceravasi Seneca, *che il parricidio in tal lettera confessasse*.

12. Pur con maravigliosa gara de' grandi decretansi *preci pubbliche in ogni tempio; che le Quinquatrie, in cui le insidie scoprironsi, con giuochi annui si celebrassero; che nella Curia s' ergesse una statua d' oro a Minerva, e a lato ad essa quella del Principe; che il natal dì d' Agrippina tra' giorni infausti s' annoverasse.* Trasea Peto, uso a passare in silenzio o con breve assenso le adulazioni anteriori, allora uscì di Senato: ed a sè procacciò rovina, nè agli altri offerse principio di libertà. Prodigj ancora frequenti e vani intervennero: donna sgravatasi d' un serpente; un' altra spenta ne' conjugali amplessi da un fulmine:

ctae de caelo quatuordecim urbis regiones. Quae adeo sine cura deum eveniebant, ut multos post annos Nero imperium et scelera continuaverit. Ceterum, quo gravaret invidiam matris, eaque demota, auctam lenitatem suam testificaretur, foeminas inlustres, Juniam et Calpurniam, praefectura functos Valerium Capitonem et Licinium Gabolum, sedibus patriis reddidit, ab Agrippina olim pulsos. Etiam Lolliae Paullinae cineres reportari, sepulcrumque exstrui permisit: quosque ipse nuper relegaverat, Iturium et Calvisium poena exsolvit. Nam Silana fato functa erat, longinquo ab exilio Tarentum regressa, labante jam Agrippina, cujus inimicitiis conciderat, vel tum mitigata.

13. *Cunctanti in oppidis Campaniae*, quonam modo urbem ingrederetur: an obsequium Senatus, an studia plebis reperiret, *anxio, contra deterrimus quisque, quorum non alia regia foecundior extitit*, invisum Agrippinae nomen, et morte ejus accensum populi favorem, *disserunt:* iret intrepidus, et venerationem sui coram experiretur: *simul* progredi *exposcunt. Et promptiora, quam promiserant, inveniunt: obvias tribus: festo cultu Senatum: conjugum ac liberorum agmina, per sexum et aetatem disposita: extructos, qua incederet, spectaculorum gradus, quo modo triumphi visuntur. Hinc superbus, ac publici servitii victor, Capitolium adiit, grates exolvit; seque in omnes libidines effudit, quas male coercitas qualiscumque matris reverentia tardaverat.*

repentemente ottenebratosi il sole; ed ogni region di Roma percossa dalle saette. Le quali cose tanto avvenivano senza affezion degli Dei, [1] che per più anni continuò Nerone l'imperio e le sceller aggini. In tanto, per gravar d'odio la madre, ed attestare, lei tolta, accresciutasi la sua dolcezza, restituì alla patria le illustri donne Giunia e Calpurnia, i già pretori Valerio Capitone e Licinio Gabolo, cacciati già da Agrippina. Permise ancora si riportasser le ceneri di Lollia Paolina, e le si ergesse un sepolcro: e liberò dalla pena Iturio e Calvisio, ch' egli medesimo avea testè rilegati. Poich'era morta Silana in Taranto dal suo lontano esilio tornatavi, già vacillando, o allor placata, Agrippina per lo cui odio ella cadde.

13. Arrestandosi per le terre della Campania, pensoso *come entrerebbe in Roma; se vi ritroverebbe la devozion del Senato, ed il favor della plebe;* i più malvagi, di cui non ebbe altra corte maggior dovizia, lo rassicurano, *abbominarsi Agrippina; racceso per la sua morte l' amor del popolo: andasse intrepido, e da sè stesso osservasse in quanta venerazione egli fosse:* s' offrono insieme a precederlo. E trovano più alacrità, che promisero: le tribù mosse a scontrarlo: in lieta veste il Senato: schiere di genitori e figliuoli, per sesso ed età disposte, costrutti, ovunqu' e' passasse, palchi, quali usano a contemplare i trionfi. Quindi superbo, e della pubblica servitù vincitore, recasi al Campidoglio a ringraziare gli Dei, e si abbandona a tutte quelle libidini, cui mal frenate contenne la sua qualunque riverenza alla madre.

14. *Vetus illi copia erat, curriculo quadrigarum insistere: nec minus foedum studium, cithara ludicrum in modum canere, cum coenaret: quod* regibus, et antiquis ducibus factitatum *memorabat:* idque vatum laudibus celebre, et Deorum honori datum. Enimvero cantus Apollini sacros; talique ornatu adstare, non modo Graecis in urbibus, sed Romana apud templa, numen praecipuum et praescium. *Nec jam sisti poterat; cum Senecae ac Burro visum, ne utraque pervinceret, alterum concedere. Clausumque valle Vaticana spatium, in quo equos regeret, haud promiscuo spectaculo. Mox ultro vocari Populus Romanus, laudibusque extollere, ut est vulgus cupiens voluptatum, et, si eodem Princeps trahat, laetum. Ceterum evulgatus pudor non satietatem, ut rebantur, sed incitamentum adtulit. Ratusque dedecus amoliri, si plures foedasset, nobilium familiarum posteros, egestate venales, in scenam deduxit: quos fato perfunctos, ne nominatim tradam, majoribus eorum tribuendum puto. Nam et ejus flagitium est, qui pecuniam ob delicta potius dedit, quam ne delinquerent. Notos quoque Equites Romanos operas arenae promittere subegit donis ingentibus: nisi quod merces ab eo, qui jubere potest, vim necessitatis adfert.*

15. *Ne tamen adhuc publico theatro dehonestaretur, instituit ludos,* juvenalium *vocabulo, in quos passim nomina data: non nobilitas cuiquam, non aetas, aut acti honores impedimento.*

14. Era sua cura antica di gareggiare alla corsa delle quadrighe, nè meno turpe esercizio, mentre cenava, cantare all' usanza mimica in sulla cetera: *lo che*, dicea, *praticatosi da' capitani antichi e da' re: ed essere celebrato ciò da' poeti, e usato per onorare gli Dei. I canti certo esser sacri ad Apollo; e con tal abito starsi non sol nelle città greche, ma presso i templi romani, questa primaria e fatidica divinità*. Nè potea più contenersi, quando a Seneca e a Burro parve di acconsentirgliene uno, perchè in entrambi non folleggiasse. E si formò nella valle del Vaticano un recinto, ov' ei guidasse i cavalli senza mostrarsi a spettacolo. Vi fu quindi anche chiamato il popolo; ed altamente lodavalo, siccome è il volgo avido di trastulli, ed allegro quando vi è tratto dal Principe. Per altro il prostituito pudore non sazietà, come intesero, ma porsegli incitamento. E credendo togliersi di vergogna, se molti disonorasse, in sulla scena condusse i posteri di luminose famiglie, per indigenza venali, de' quali già morti mi taccio il nome per riverenza a' loro antenati; ch' ella è pur sua scelleraggine, che offrì danaro più tosto per istigarli, che per rimuoverli dal delitto. Indusse ancora con doni immensi illustri cavalieri romani a combattere su l' arena: se non che induce necessità dono offerto da chi può comandare.

15. Pure, per non ancora in su la pubblica scena disonorarsi, istituì giuochi col nome di *giovenili*, a' quali corsero in folla ad ascriversi. Non nobiltà, non età, non dignità sostenute eran di

quo minus Graeci Latinive histrionis artem exercerent, usque ad gestus modosque haud viriles. Quin et foeminae inlustres deformia meditari: extructaque apud nemus, quod navali stagno circumposuit Augustus, conventicula et cauponae, et posita vaeno inritamenta luxus. Dabanturque stipes, quas boni a necessitate, intemperantes gloria consumerent. Inde gliscere flagitia et infamia; nec ulla moribus olim corruptis plus libidinum circumdedit, quam illa conluvies. Vix artibus honestis pudor retinetur; nedum, inter certamina vitiorum, pudicitia, aut modestia, aut quidquam probi moris reservaretur. Postremo ipse scenam incedit, multa cura tentans citharam et praemeditans, adsistentibus familiaribus. Accesserat cohors militum, Centuriones tribunique, et moerens Burrus ac laudans. Tuncque primum conscripti sunt Equites Romani, cognomento Augustanorum, *aetate ac robore conspicui, et pars ingenio procaces, alii in spe potentiae. Hi dies ac noctes plausibus personare, formam Principis vocemque Deum vocabulis adpellantes: quasi per virtutem clari honoratique agere.*

16. *Ne tamen ludicrae tantum Imperatoris artes notescerent, carminum quoque studium adfectavit, contractis, quibus aliqua pangendi facultas, nec dum insignis, aetate pares. Considere simul, et adlatos vel ibidem repertos versus connectere, atque ipsius verba, quoquomodo prolata, supplere. Quod species ipsa carminum docet, non impetu et instincu, nec ore uno fluens.*

freno ad alcuno a trattar l'arte di greco o di latino istrione, sin gli atti e i gesti più meretricj. Sin anche le donne illustri fantasticavan lordure: e presso il bosco, di cui ricinse il lago navale Augusto, furon raddotti ed ostellieri costrutti e posti in vendita gl'incentivi d'ogni lussuria: e danaro distribuivasi, che i buoni per necessità consumassero, i dissoluti per gloria. Quindi via via crescevano scelleratezze ed infamie: nè altra i già corrotti costumi in più libidini immerse, quanto quella cloaca. Serbasi appena il pudore con arti oneste: non che fra tanto tumultuar di vizj onestà, modestia, o traccia di buon costume si conservasse. Passeggia egli finalmente la scena, toccando con molta cura la cetra e temperandola al canto. V'eran presenti, oltre agli amici, un drappello di pretoriani, e centurioni, e tribuni, e Burro, che ne gemeva e il lodava. E allor formossi primieramente un ruolo di cavalieri romani detti *Augustani*, per robustezza e per età riguardevoli, altri per indole dissoluti, altri potenza sperandone. Questi, dì e notte, menavan plausi alla voce e alla bellezza del Principe, come divine esaltandole; quasi per merito di virtù, chiari e onorati ne andavano.

16. Pure, a mostrare che non valeva per solo ingegno teatrale, ambì distinguersi ancora nel verseggiare, adunando quanti ne avesser talento, giovani tutti di niuna celebrità. Seco assidevansi, e i versi di già composti, o allora improvvisati accozzavano, e le parole sue, comunque uscitegli, v'annestavano: come dimostra la forma stessa de' versi, non animati, non fervidi, nè scorrenti da una me-

Etiam sapientiae doctoribus tempus impertiebat post epulas, ut contraria adseverantium discordiae exardescerent. Nec deerant, qui voce vultuque tristi inter oblectamenta regia spectari cuperent.

17. *Sub idem tempus, levi contentione atrox caedes orta, inter colonos Nucerinos Pompejanosque, gladiatorio spectaculo, quod Livinejus Regulus, quem motum Senatu retuli, edebat. Quippe oppidana lascivia invicem incessentes, probra, deinde saxa, postremo ferrum sumpsere, validiore Pompejanorum plebe, apud quos spectaculum edebatur. Ergo reportati sunt in urbem multi e Nucerinis, trunco per vulnera corpore, ac plerique* liberorum aut parentum mortes *deflebant. Cujus rei judicium Princeps Senatui, Senatus Consulibus permisit. Et rursus re ad Patres delata, prohibiti publice in decem annos ejusmodi coetu Pompejani, collegiaque, quae contra leges instituerant, dissoluta: Livinejus, et qui alii seditionem conciverant, exilio multati sunt.*

18. *Motus Senatu et Pedius Blaesus, accusantibus Cyrenensibus*, violatum ab eo thesaurum Aesculapii, delectumque militarem pretio et ambitione corruptum. *Iidem Cyrenenses reum agebant Acilium Strabonem, praetoria potestate usum, et missum disceptatorem a Claudio agrorum, quos regi Apioni quondam habitos, et Pop. Rom. cum regno relictos, proximus quisque possessor invaserant, diutinaque licentia, et injuria, quasi jure et aequo nitebantur. Igitur abjudicatis agris,*

desima vena. Ascoltava ancora dopo la mensa i filosofi, per infiammarli a mischia [2] con le discordi opinioni: nè mancava chi con presenza e fronte accigliata bramasse d'essere contemplato infra i reali trastulli.

17. Nel tempo stesso da lieve rissa scoppiò strage atroce tra' Nocerini e' Pompejani per lo spettacolo de' gladiatori dato da Livinejo Regolo, che rimosso io già narrai di Senato. Poichè con terrazzana insolenza scambievolmente attaccandosi, dagl' improperj vennero a' sassi ed al ferro, prevalendo la plebe de' Pompejani, presso cui davasi lo spettacolo. Si riportarono dunque molti de' Nocerini in città, mozzi il corpo dalle ferite; e molti i genitori e i figliuoli estinti piangevano. Commise il Principe di giudicarne al Senato, il Senato a' Consoli: e tornato l'affare a' Padri, furono a' Pompejani tali adunanze pubblicamente per diece anni interdette, ed i collegj, formati contro le leggi, disciolti. Livinejo, e quanti la sedizione eccitarono, furon puniti d'esilio.

18. Fu di Senato rimosso ancor Pedio Bleso, accusato da' Cirenesi *per il tesoro violatone di Esculapio, e per le leve con brogli ed oro corrotte.* Gli stessi Cirenesi accusavano Acilio Strabone, di già Pretore, ed inviato da Claudio ad arbitro de' terreni, che posseduti dal re Apione, e da lui col regno al popolo romano lasciati, eran da' confinanti usurpati, che si atteneano alla lunga usurpazion tollerata, come a diritto legittimo. Costretti a renderli, arsero d'odio contro del giudice: ed il Senato ri-

orta adversus judicem invidia: et Senatus, ignota sibi esse mandata Claudii, et consulendum Principem, *respondit. Nero, probata Strabonis sententia*, se nihilominus subvenire sociis, et usurpata concedere, *scripsit.*

19. *Sequuntur virorum inlustrium mortes, Domitii Afri, et M. Servilii, qui summis honoribus, et multa eloquentia viguerant. Ille orando caussas, Servilius diu foro, mox tradendis rebus Romanis celebris, et elegantia vitae; quam clariorem effecit, ut par ingenio, ita morum diversus.*

20. *Nerone quartum, Cornelio Cosso Coss. quinquennale ludicrum Romae institutum est, ad morem Graeci certaminis: varia fama, ut cuncta ferme nova. Quippe erant qui* Cn. quoque Pompejum incusatum a senioribus *ferrent*, quod mansuram theatri sedem posuisset. Nam antea subitariis gradibus, et scena in tempus structa, ludos edi solitos: vel, si vetustiora repetas, stantem populum spectavisse, ne si consideret, theatro dies totos ignavia continuaret. Spectaculorum quidem antiquitas servaretur, quotiens Praetores ederent, nulla cuiquam civium necessitate certandi. Ceterum abolitos paullatim patrios mores, funditus everti per accitam lasciviam, ut, quod usquam corrumpi et corrumpere queat, in urbe visatur, degeneretque studiis externis juventus, gymnasia et otia, et turpes amores exercendo, Principe et Senatu auctoribus; qui non modo licentiam vitiis permiserint, sed vim adhibeant. Proceres Romani, specie orationum et carminum, scena polluantur. Quid superesse, nisi

spose, *essergli ignote le commissioni di Claudio; consulterebbesi il Principe*. Nerone scrisse di approvar quanto operò Strabone; *ma gli alleati volea soccorrere, donando i campi usurpati*.

19. Sieguon le morti de' chiari uomini, Domizio Afro e Marco Servilio, che valsero per sommi onori e per dimolta eloquenza. Quei venne a celebrità col perorare le cause; Servilio col lungo uso del Foro, poi col compor le storie romane, e con lo splendido vivere; più chiaro d'Afro, che gli fu pari d'ingegno, ma di costumi dissimile.

20. Consoli la quarta volta Nerone e Cornelio Cosso, in Roma s'istituì lo spettacolo quinquennale a forma de' giuochi olimpici, con varie voci, come usan tutte le novità. Perocchè v'era chi sussurrava, *che fu da' vecchi incolpato ancor Gneo Pompeo per aver posto teatro stabile, celebrandosi prima i giuochi con gradi posticci e scena formata a tempo; e nell' età più remota vi stava il popolo in piedi, perchè assiso non consumasse gl' interi dì nella ignavia. Si conservasse pure l'usanza degli spettacoli, qualor si dessero da' pretori senza sforzare alcuno de' cittadini a combattervi. Ma gli usi patrii, a poco a poco annientati, or si rovesciano affatto dalla straniera lascivia, affinchè quanto esser può corrotto e corrompere, si vegga in Roma; e in esercizj stranieri traligni la gioventù, in palestre e in ozj e in turpi amori occupandosi, istigata dal Principe e dal Senato, i quali, non che permettere i vizj, vi ci costringono. I grandi romani*

ut corpora quoque nudent, et caestus adsumant, easque pugnas pro militia et armis meditentur? An institutos Augustanos, et decurias equitum, egregium judicandi munus expleturos, si fractos sonos et dulcedinem vocum perite audissent? Noctes quoque dedecori adjectas, ne quod tempus pudori relinquatur, sed, coetu promiscuo, quod perditissimus quisque per diem concupiverit, per tenebras audeat.

21. *Pluribus ipsa licentia placebat, ac tamen honesta nomina praetendebant:* majores quoque non abhorruisse spectaculorum oblectamentis, pro fortuna quae tum erat; eoque a Thuscis accitos histriones, a Thuris equorum certamina: et, possessa Achaja Asiaque, ludos curatius editos: nec quemquam Romae, honesto loco ortum, ad theatrales artes degeneravisse, ducentis jam annis a L. Mummii triumpho, qui primus id genus spectaculi in urbe praebuerit. Sed et consultum parcimoniae, quod perpetua sedes theatro locata sit, potius quam, immenso sumptu, singulos per annos consurgeret ac strueretur. Nec perinde magistratus rem familiarem exhausturos, aut Populo efflagitandi Graeca certamina a magistratibus caussam fore, cum eo sumptu Resp. fungatur. Oratorum ac vatum victorias incitamentum ingeniis adlaturas: nec cuiquam judici grave, aures studiis honestis, et voluptatibus concessis impartire; laetitiae magis quam lasciviae dari paucas totius quinquennii noctes, quibus, tanta luce ignium, nihil inlicitum occultari queat.

sotto pretesto di arringhe e di poesie in teatro si disonorino. Che resta più, se non che nudino il corpo ed i cesti impugnino, e in tali pugne a luogo di guerre e d'armi s'adoprino? Forse gl'istituiti Augustani, e le Decurie de' cavalieri l'egregio officio di giudici adempiranno, se avranno maestrevolmente ascoltato l'effeminate voci ed i lascivi gorgheggi? S'aggiunser anco al vituperio le notti, perchè niun'ora resti al pudore; ma in quella tresca ogni scelleratissimo tra l'ombre ardisca quanto nel giorno anelò.

21. Piaceva tale dissolutezza a molti, e pur d'onesti vocaboli la velavano: *che nè gli antichi abborriron pure il trastullo degli spettacoli, pari alla fortuna d'allora: perciò da' Toschi chiamaronsi gl'Istrioni, gli equestri armeggiamenti da' Turj, e sottomessa l'Acaja e l'Asia i giuochi con maggior pompa si celebrarono; nè v'ebbe in Roma chi, d'onorato lignaggio, co' teatrali esercizj si degradasse in dugent'anni dopo il trionfo di Lucio Mummio, che il primo offerse a Roma tali spettacoli. Ma si provvide ancora al risparmio, ponendo un teatro stabile anzichè a grave spesa annualmente inalzarlo. Nè i magistrati le lor sostanze consumeranno, o il popolo avrà cagione di chiedere a' magistrati le greche lotte, se tanta spesa fornivasi dalla repubblica. Le palme degli oratori e poeti saran di sprone agl'ingegni; nè ad alcun giudice sarà grave prestar le orecchie ad oneste gare ed a concessi piaceri. All'allegrezza più tosto che alla lascivia concedonsi poche notti di un lustro intero, in cui, fra*

Sane nullo insigni dehonestamento id spectaculum transiit. Ac ne modica quidem studia plebis exarsere, quia, redditi quamquam scenae, Pantomimi certaminibus sacris prohibebantur. Eloquentiae primas nemo tulit, sed, victorem esse Caesarem, *pronuntiatum. Graeci amictus, quis per eos dies plerique incesserant, tum exoleverant.*

22. *Inter quae et sidus cometes effulsit: de quo vulgi opinio est, tamquam mutationem regnis portendat. Igitur, quasi jam depulso Nerone, quis nam deligeretur, anquirebant: et omnium ore Rubellius Plautus celebrabatur, cui nobilitas per matrem ex Julia familia. Ipse placita majorum colebat, habitu severo, casta et secreta domo, quantoque metu occultior, tanto plus famae adeptus. Auxit rumorem pari vanitate orta interpretatio fulguris. Nam quia discumbentis Neronis apud Simbruina stagna, cui* Sublaqueum *nomen est, ictae dapes, mensaque disjecta erat, idque finibus Tiburtum acciderat, unde paterna Plauto origo, hunc illum numine Deum destinari credebant: fovebantque multi, quibus, nova et ancipitia praecolere, avida et plerumque fallax ambitio est. Ergo permotus iis Nero componit ad Plautum litteras*, consuleret quieti urbis, seque prave diffamantibus subtraheret; esse illi per Asiam avitos agros, in quibus tuta et inturbida juventa frueretur. *Ita illuc cum conjuge Antistia et paucis familiarium concessit. Iisdem diebus nimia luxus cupido infamiam et periculum Neroni tulit, quia fontem aquae Marciae,*

tanto chiaror di faci, nulla d'illecito può nascondersi. Tale spettacolo in vero senza vergogna notabile trapassò: nè tra la plebe scoppiò pur minima gara, perchè, quantunque restituiti alla scena, da' sacri giuochi escludevansi i Pantomimi. Niun d'eloquenza ebbe palma, ma *vincitore* fu *Cesare* pronunziato. Le vesti greche, da molti prese que' giorni, erano allora in disuso.

22. Fiammeggiò pure una cometa a que' dì, certo presagio al volgo di mutazioni d'imperj. Adunque, quasi già rovesciato Nerone, del successore si ragionava; ed ogni voce esaltava Rubellio Plauto, in cui la nobiltà Giulia fu dalla madre trasmessa. Ei professava l'antica severità; portamento austero; casta e solinga famiglia; e quanto più per paura occulto, tanto di fama più chiaro. Grido gli accrebbe l'interpretazione d'un fulmine divulgata con la medesima vanità. Poichè, sedendo Nerone a mensa presso la Simbruina palude, la quale è detta *Subiaco*, ne fur le vivande tocche e rovesciata la tavola; e questo essendo avvenuto in su' confini di Tivoli, donde traeva paterna origine Plauto, quindi all'imperio credevanlo destinato per volontà degli Dei. E molti lo favorivano, cui muove ingorda e per lo più fallace ambizione di farsi incontro a novità perigliose. Commosso dunque da tali cose Nerone, a Plauto scrive *di provvedere alla quiete della città, ed a' maligni diffamatori sottrarsi. Aver possessioni avite nell'Asia, ove godrebbesi sicura e placida giovinezza*. Là dunque andossene con la consorte Antistia e pochi suoi familiari. Ne' giorni stessi una soverchia brama

ad urbem deductae, nando incesserat: videbaturque potus sacros et caerimoniam loci corpore loto polluisse: secutaque anceps valetudo, iram Deum adfirmavit.

23. *At Corbulo, post deleta Artaxata, utendum recenti terrore ratus ad occupanda Tigranocerta, quibus excisis, metum hostium intenderet, vel, si pepercisset, clementiae famam adipisceretur; illuc pergit, non infenso exercitu, ne spem veniae auferret, neque tamen remissa cura, gnarus, facilem mutatu gentem, ut segnem ad pericula, ita infidam ad occasiones. Barbari, pro ingenio quisque, alii preces offerre, quidam deserere vicos, et in avia digredi: ac fuere, qui se speluncis, et carissima secum, abderent. Igitur dux Romanus diversis artibus, misericordia adversus supplices, celeritate adversus profugos, immitis iis, qui latebras, insederant, ora et exitus specuum, sarmentis virgultisque completos, igni exurit. Atque illum, fines suos praetergredientem, incursavere Mardi, latrociniis exercitis contraque inrumpentem montibus defensi: quos Corbulo, immissis Hiberis, vastavit, hostilemque audaciam externo sanguine ultus est.*

24. *Ipse exercitusque, ut nullis ex proelio damnis, ita per inopiam et labores fatiscebant, carne pecudum propulsare famem adacti. Ad haec penuria aquae, fervida aestas, longinqua*

di sbizzarrire recò a Nerone infamia e pericolo; perchè nuotando attraversò la sorgente dell' acqua Marcia condotta a Roma; e pareva che le acque sacre e la religione del luogo col lordo corpo avesse contaminato: ed una pericolosa infermità sopraggiuntagli ratificò la collera degli Dei.

23. Ma Corbulone dopo disfatta Artassata, del fresco atterrimento giovandosi ad occupare Tigranocerta, la qual distrutta spavento accrescerebbe a' nemici, o perdonatole fama trarrebbene di clemenza, colà s' inoltra, non con irato esercito per non togliere alla nazione ogni speranza di scampo, ma non però rallentandone la diligenza, bene avvisatane la mobilissima indole, perfida alle occasioni quanto a' cimenti codarda. I barbari, secondo ch' eran di cuore, altri porgevan suppliche, altri abbandonarono i borghi, e fuor di via dileguaronsi; e tali sino nelle caverne con ogni più cara cosa s' ascosero. Il capitano romano dunque, variando ingegno, pietoso co' supplichevoli, velocemente i fuggitivi incalzando, e con quanti per le spelonche appiattavansi inesorabile, di ramoscelli e bronchi le bocche e uscite riempiutone, gli abbruciò. E nel passare pe' lor confini, i Mardi, usi a ladroneggiare gli si avventarono, riparandosi, ad ogni attacco inimico, nelle montagne. Ma Corbulone, mosse gl' Iberi a distruggergli, e punì con sangue straniero l' ostile temerità.

24. Egli e l' esercito, come da niuna battaglia offesi, così di miserie e stenti si consumavano, costretti a carne di pecore sbramar la fame. Oltracchè la penuria d' acqua, l' ardente state, il marciar lon-

itinera, sola ducis patientia mitigabantur, eodem plura, quam gregario milite, tolerante. Ventum dehinc in locos cultos: demessaeque segetes, et ex duobus castellis, in quae confugerant Armenii, alterum impetu captum; qui primam vim depulerant, obsidione coguntur. Unde in regionem Taurantium transgressus, improvisum periculum vitavit. Nam haud procul tentorio ejus, non ignobilis barbarus cum telo repertus, ordinem insidiarum, seque auctorem et socios per tormenta edidit. Convictique et puniti sunt, qui specie amicitiae dolum parabant. Nec multo post legati Tigranocerta missi, patere moenia *adferunt*, intentos popularis ad jussa. *Simul hospitale donum, coronam auream, tradebant. Accepitque cum honore; nec quidquam urbi detractum, quo promptius obsequium integri retinerent.*

25. *At praesidium regium, quod ferox juventus clauserat, non sine certamine expugnatum est. Nam et proelium pro muris ausi erant, et pulsi intra munimenta aggeris, demum inrumpentium armis cessere. Quae facilius proveniebant, quia Parthi Hyrcano bello distinebantur. Miserantque Hyrcani ad Principem Romanum, societatem oratum*, adtineri a se Vologesen pro pignore amicitiae, *ostentantes. Eos regredientes Corbulo, ne Euphraten transgressi hostium custodiis circumvenirentur, dato praesidio, ad litora maris rubri deduxit: unde, vitatis Parthorum finibus, patrias in sedes remeavere.*

26. *Quin et Tiridaten, per Medos extrema*

tano dalla pazienza sola del capitano alleviavansi, durando esso maggiori incomodità, che i gregarj. Si giunse quindi in paese colto, e fu mietuto il frumento: e di due rocche, ove gli Armeni, si ricovrarono, una fu presa d' assalto; que', che il prim' impeto rintuzzarono, furono vinti d'assedio. Di là passato ne' Tauranti sfuggì periglio improvviso. Poichè non lungi della sua tenda sorpreso un barbaro non ignobile con un pugnale palesò fra' tormenti l'ordine dell' insidie da lui tramate ed i complici: e si convinsero e si punirono quanti col vel di amicizia ordivano tradimento. Nè molto poi messaggieri inviati da Tigranocerta arrecano *essere aperte le porte; pronto il popolo a sottomettersi*. Una corona insieme, ospital dono, offerivano. Ei gli accolse onorevolmente: nè punto fu la città danneggiata, perchè serbassero illesi più volontaria obbedienza.

25. Ma la real fortezza, chiusa da gioventù feroce, non fu senza battaglia espugnata: poichè ed innanzi alle mura ardirono di combattere, e dentro il chiuso dell' argine rincacciati cessero finalmente all' armi degli aggressori. Le quali cose più facilmente riuscivano, perchè la guerra d' Ircania stringeva i Parti. E avean gl' Ircanj spedito a supplicar d' alleanza l' imperadore romano, *per pegno d' amicizia* ostentando, *ch' essi affrenavano Vologese*. Nel ritornarsene Corbulone, perchè varcato l' Eufrate non fossero dalle nemiche guardie sorpresi, li fe' scortare sino al Mar Rosso: donde, schivati i confini Parti, in patria si ricovrarono.

26. Costrinse ancor Tiridate, che per la Media

Armeniae intrantem, praemisso cum auxiliis Verulano legato, atque ipse legionibus citis, abire procul, ac spem belli amittere subegit: quosque nobis, ob regem, aversos animis cognoverat, caedibus et incendiis perpopulatus, possessionem Armeniae usurpabat: cum advenit Tigranes, a Nerone ad capessendum Imperium delectus, Cappadocum ex nobilitate, regis Archelai nepos, sed quod diu obses apud urbem fuerat, usque ad servilem patientiam demissus. Nec consensu acceptus, durante apud quosdam favore Arsacidarum. At plerique, superbiam Parthorum perosi, datum a Romanis regem malebant. Additum et praesidium, mille legionarii, tres sociorum cohortes, duaeque equitum alae; et, quo facilius novum regnum tueretur, pars Armeniae, ut cuique finitima, Pharasmani, Polemonique et Aristobulo, atque Antiocho parere jussae sunt. Corbulo in Syriam abscessit, morte Ummidii legati vacuam, ac sibi permissam.

27. *Eodem anno, ex inlustribus Asiae urbibus, Laodicea tremore terrae prolapsa, nullo a nobis remedio, propriis opibus revaluit. At in Italia vetus oppidum, Puteoli, jus Coloniae et cognomentum a Nerone adipiscuntur. Veterani Tarentum et Antium adscripti: non tamen infrequentiae locorum subvenere, dilapsis pluribus in provincias, in quibus stipendia expleverant: neque conjugiis suscipiendis, neque alendis liberis sueti, orbas sine posteris domos relinquebant. Non enim, ut olim, universae legiones deduce-*

cacciavasi nell'Armenia, speditovi con gli ajuti Verulano Legato, ed egli stesso affrettatosi con le legioni, a dileguarsi e lasciare ogni speranza di guerra; e messi a ferro ed a fuoco quanti e' di cuore conobbe nemico a noi per il re, impossessavasi dell'Armenia, quando arrivò Tigrane, scelto ad assumerne la signorìa da Nerone, de'nobili di Cappadocia, nipote del re Archelao, ma di cuore, perchè tenuto tant'anni in Roma in ostaggio, abietto quanto uno schiavo. Nè fu concordemente accettato, valendo ancora nel cuor di alcuni gli Arsacidi; ma i più, nojati della superbia de'Parti, più tosto il re dato da Roma volevano. E gli si aggiunse una guardia, mille de' legionarj, tre compagnie di alleati, e due squadre di cavalieri; e perchè il nuovo regno più agevolmente tenesse, si comandò che parte dell'Armenia obbedisse, per quanto a ciascun re confinava, ad Aristobolo, a Farasmane, a Polemone, ad Antioco. Corbulone si ritirò nella Siria, vota per morte di Ummidio, ed a lui data in governo.

27. L'anno medesimo Laodicea, illustre città dell'Asia, per terremoto abissata, senz'alcun nostro ajuto con le sue forze riebbesi. Ma nell'Italia Pozzuolo, terra antichissima, acquistò da Nerone nome e ragion di Colonia. Assegnaronsi ad Anzio e a Taranto de'veterani: non ravvivaron però l'esausta popolazione, molti sbandandosi per le provincie, ove di già militarono. Nè a contrar nozze e nutrir prole assuefatti, le case orbe di successione lasciavano. Poichè, non come una volta legioni intere co'lor tribuni, e centurioni, e soldati d'un

bantur, *cum tribunis et centurionibus*, *et sui cujusque ordinis militibus*, *ut consensu et caritate Remp. efficerent*; *sed ignoti inter se*, *diversis manipulis*, *sine rectore*, *sine adfectibus mutuis*, *quasi ex alio genere mortalium repente in unum conlecti: numerus magis*, *quam colonia.*

28. *Comitia Praetorum*, *arbitrio Senatus haberi solita*, *quod acriore ambitu exarserant*, *Princeps composuit*, *tris*, *qui supra numerum petebant*, *legioni praeficiendo. Auxitque Patrum honorem*, *statuendo*, ut, qui a privatis judicibus ad Senatum provocavissent, ejusdem pecuniae periculum facerent, cum iis qui Imperatorem adpellavere. *Nam antea vacuum id*, *solutumque poena fuerat. Fine anni Vibius Secundus*, *eques Romanus*, *accusantibus Mauris*, *repetundarum damnatur*, *atque Italia exigitur; ne graviore poena adficeretur*, *Vibii Crispi*, *fratris opibus enisus.*

29. *Caesonio Paeto*, *Petronio Turpiliano Coss. gravis clades in Britannia accepta. In qua neque A. Didius legatus*, *ut memoravi*, *nisi parta retinuerat*, *et successor Veranius*, *modicis excursibus Siluras populatus*, *quin ultra bellum proferret*, *morte prohibitus est: magna*, *dum vixit*, *severitatis fama*, *supremis testamenti verbis ambitionis manifestus. Quippe multa in Neronem adulatione addidit* subjecturum ei provinciam fuisse, si biennio proximo vixisset. *Sed tum Paullinus Suetonius obtinebat Britannos*, *scientia militiae*, *et rumore Populi*, *qui neminem sine aemulo sinit*, *Corbulonis concertator: receptae-*

corpo stesso, assegnavansi, perchè d'affetto concordi formassero una repubblica; ma sconosciuti fra loro, di varie compagnie, senza capo, senz'affezioni reciproche, quasi d'un'altra razza di uomini subitamente insieme accozzavansi: più numero che Colonia.

28. I Comizj per i Pretori, usi a dipendere dal Senato, perchè di brighe più vive romoreggiarono, furon composti dal Principe col prepor tre, che oltre al numero concorrevano, al governo di una legione. E accrebbe la dignità de'Padri, ordinando, *che chi da privati giudici al Senato si richiamasse tanto danaro obbligasse, quanto chi appella all'Imperadore*, essendo prima ciò libero e senza pena. In sul finire dell'anno Vibio Secondo, cavalier romano, accusato di concussioni da'Mori, fu condannato ad uscir d'Italia, per il danaro del suo fratel Vibio Crispo a maggior pena sottrattosi.

29. Consoli Cesonio Peto e Petronio Turpiliano, s'ebbe un'atroce rotta in Brettagna, ove Aulo Didio Legato, come narrai, non mantenne che le già fatte conquiste; e il successore Veranio, dato ne'Siluri il guasto con picciole scorrerie, fu dalla morte impedito di spinger oltre la guerra: grande, per fama d'austerità finch'e'visse, nelle parole ultime del testamento fu conosciuto ambizioso. Poichè con molta adulazione a Nerone aggiunse, *che sottomessa avrebbegli la provincia, vivendo ancora due anni*. Ma governava allora Paolin Svetonio i Britanni, per perizia di guerra, e per opinion del popolo, che niuno soffre senza competitore, emolo

que Armeniae decus aequare, domitis perduellibus, cupiens. Igitur Monam, insulam, incolis validam, et receptaculum perfugarum adgredi parat, navesque fabricatur plano alveo, adversus breve litus et incertum. Sic pedes. Equites vado secuti, aut altiores inter undas, adnantes equis, transmisere.

30. *Stabat pro litore diversa acies, densa armis virisque, intercursantibus foeminis, in modum Furiarum, quae veste ferali, crinibus dejectis, faces praeferebant. Druidaeque circum, preces diras, sublatis ad caelum manibus, fundentes, novitate adspectus perculere milites, ut, quasi haerentibus membris, immobile corpus vulneribus praeberent. Dein, cohortationibus ducis, et se ipsi stimulantes, ne muliebre et fanaticum agmen pavescerent, inferunt signa, sternuntque obvios, et igni suo involvunt. Praesidium post hac impositum victis, excisique luci, saevis superstitionibus sacri. Nam cruore captivo adolere aras, et hominum fibris consulere deos, fas habebant. Haec agenti Suetonio,* repentina defectio provinciae *nuntiatur.*

31. *Rex Icenorum Prasutagus, longa opulentia clarus, Caesarem haeredem duasque filias scripserat, tali obsequio ratus regnum et domum suam procul injuria fore: quod contra vertit; adeo ut regnum per centuriones, domus per servos, velut capta vastarentur. Jam primum*

di Corbulone, e ardente di pareggiar la gloria della ripresa Armenia col soggiogar que' felloni. S'accinge dunque ad assaltare l'isola Mona, forte di abitatori, e ricovero de' ribelli, e costruisce navigli piatti contro una spiaggia bassa e malfida. Su questi la fanteria. I cavalieri a guado o a nuoto sopra i cavalli seguendola, ove più l'onde sorgevano, trapassarono.

30. Stava in sul lido nemica schiera, gremita d'armi e di prodi; fra loro scorrevan femmine a guisa di furie, in feral veste, scomposto il crine, con faci in mano; e i Druidi intorno, alzate le mani al cielo, orrende cose imprecando, talmente le nostre truppe con lo spettacolo insolito sbigottirono, che, quasi confitte i membri, l'immobil corpo esponevano alle ferite. Poi animate dal capitano, e da sè stesse incitandosi a non tremare di femmine e di fanatici spingon le insegne, gli affrontano, li rovesciano, e nelle lor fiamme stesse gl'involgono. Quinci fu posto a' vinti un presidio e si schiantarono i boschi sacri a crudeli superstizioni: perocchè pio reputavano bagnar del sangue de' prigionieri gli altari, e investigar nelle umane viscere la volontà degli Dei. In tal frangente a Svetonio annunziasi *la ribellione improvvisa della Provincia*.

31. Prasùtago re degl'Icenj, chiaro per antica opulenza, istituì erede Cesare, e due figliuole; con tale ossequio pensandosi allontanare ogn' ingiuria dalla sua casa e dal regno; lo che sì male riuscì, che il regno da' centurioni, la casa, come espugnata, da' servi si devastò. E primamente la moglie sua

uxor ejus, Boadicea, verberibus adfecta, et filiae stupro violatae sunt. Praecipui quique Icenorum, quasi cunctam regionem muneri accepissent, avitis bonis exuuntur: et propinqui regis inter mancipia habebantur. Qua contumelia, et metu graviorum (quando in formam provinciae cesserant) rapiunt arma, commotis ad rebellationem Trinobantibus, et qui alii, nondum servitio fracti, resumere libertatem occultis conjurationibus pepigerant; acerrimo in veteranos odio. Quippe in coloniam Camulodunum recens deducti, pellebant domibus, exturbabant agris, captivos, servos *adpellando: foventibus impotentiam veteranorum militibus, similitudine vitae, et spe ejusdem licentiae. Ad haec templum, divo Claudio constitutum, quasi arx aeternae dominationis adspiciebatur; delectique sacerdotes, specie religionis, omnes fortunas effundebant. Nec arduum videbatur, excindere coloniam, nullis munimentis septam: quod ducibus nostris parum provisum erat, dum amoenitati prius, quam usui consulitur.*

32. *Inter quae, nulla palam caussa, delapsum Camuloduni simulacrum Victoriae, ac retro conversum, quasi cederet hostibus. Et foeminae in furore turbatae*, adesse exitium, *canebant. Externosque fremitus in curia eorum auditos; consonuisse ululatibus theatrum; visamque speciem in aestuario Tamesae subversae coloniae; jam Oceanum cruento adspectu; dilabente aestu, humanorum corporum effigies relictas; ut Britanni ad spem, ita veterani ad metum trahe-*

Boadicèa fu pesta di battiture, e le figlie ferocemente stuprate. Tutti i primarj Icenj, quasi l' intero regno fosse donato a' romani, de' beni aviti si spogliano, ed i congiunti del re tra'mancipj si numeravano. Per la qual onta e per paura di peggio (poich'eran fatti provincia) brandiscon l'armi, a ribellione sollevano i Tinobanti, e quanti, non isnervati ancora dal giogo, con sorde trame convennero di rassumere la libertà, ferocemente inaspriti contro de'veterani. Poichè tradotti di fresco nella colonia di Camolòduno cacciavanli dalle case, scacciavanli da'terreni, *prigioni*, *schiavi* appellandoli; e favorivan l'audacia de' veterani i soldati, perchè simili di costumi egual licenza agognavano. Il tempio inoltre al divo Claudio inalzato, come una rocca guardavasi di tirannia sempiterna; e i sacerdoti assortiti, col velo di religione, tutte le facoltà s'ingojavano. Nè arduo sembrava abbattere una Colonia, da niun riparo afforzata: chè poco i nostri capitani v'attesero, usando proveder prima all'amenità che al bisogno.

32. In Comolòduno, intanto, senz' apparirne cagione, cadde la statua della vittoria col volto indietro, quasi cedesse a'nemici. E le femmine, furiosamente invasate, *pronta ruina* vaticinavano. Stranieri fremiti udironsi nella Curia, d' urli il Teatro romoreggiò; nella marea del Tamigi videsi un'ombra dell'abbattuta Colonia; l'Oceano sanguigno apparve; lasciaronsi dal riflusso effigie di corpi umani: le quali cose come i Britanni a speranza, così muovevano i veterani a terrore. Ma

bant. Sed, quia procul Suetonius aberat, petivere a Cato Deciano Procuratore auxilium. Ille haud amplius quam ducentos sine justis armis misit: et inerat modica militum manus. Tutela templi freti, et impedientibus, qui occulte rebellionis conscii, consilia turbabant, neque fossam aut vallum praeduxerunt, neque, motis senibus et foeminis, juventus sola restitit: quasi media pace incauti, multitudine barbarorum circumveniuntur. Et cetera quidem impetu direpta, aut incensa sunt: templum, in quo se miles conglobaverat, biduo obsessum, expugnatumque. Et victor Britannus Petilio Ceriali, Legato Legionis nonae, in subsidium adventanti obvius, fudit legionem, et, quod peditum, interfecit. Cerialis cum equitibus evasit in castra, et munimentis defensus est. Qua clade et odiis provinciae, quam avaritia in bellum egerat, trepidus Procurator Catus in Galliam transiit.

33. *At Suetonius mira constantia medios inter hostes Londinium perrexit, cognomento quidem coloniae non insigne, sed copia negotiatorum et commeatuum maxime celebre. Ibi ambiguus, an illam sedem bello deligeret, circumspecta infrequentia militis, satisque magnis documentis temeritatem Petilii coercitam, unius oppidi damno servare universa statuit. Neque fletu et lacrymis auxilium ejus orantium flexus est, quin daret rpofectionis signum: et comitantes in partem agminis acceperat. Si quos imbellis sexus, aut fessa aetas, vel loci dulcedo adtinuerat, ab hoste oppressi sunt. Eadem cla-*

perchè Svetonio era lungi, chiesero a Cato Deciano procuratore, soccorso. Egli non più che dugento e male armati spedì, ed eravi poca forza. Affidati alla tutela del tempio, ed impediti da quanti, occultamente partecipi della congiura, i lor consigli turbavano, non di trincea, non di fosso si rafforzarono; nè la gioventù sola, sgombrati i vecchi e le femmine, resisteva: disavveduti, quasi in profonda pace, sono da un nembo di barbari circondati. E tutto fu nella furia, messo a ruina e fuoco: il tempio, ove la truppa erasi rammassata, fu stretto ed espugnato in due dì. E il vittorioso Britanno, fattosi incontro a Petilio Ceriale, Legato della legione nona, che si affrettava a soccorrerla, sbaragliò la legione, e tutta la fanterìa trucidò. Ceriale co' cavalieri scampò negli alloggiamenti, e le trincee lo difesero. Dalla qual rotta e dagli odj della provincia, cui l'avarizia sua spinse a guerra, impaurito, Cato procuratore si trasferì nella Gallia.

33. Ma Svetonio con intrepidezza ammirabile andò tramezzo i nemici a Londra, non insignita ancora del titolo di Colonia, ma per frequenza di commercianti e di viveri celebratissima. Colà dubbioso se a piazza di guerra sceglierla, considerato la rarità de' soldati, e quanto sangue costasse la temerità di Petilio, deliberò di salvare il tutto con la ruina di una sola città. Nè da' lamenti, nè dalle lagrime di quanti ajuto gli domandavano fu piegato, sì che il segnale non desse della partita, e ricevè nell' esercito quanti a seguirlo s' accinsero. Que', che fralezza di sesso, languor di età, o amor di patria rattenne, furono oppressi dall' inimico. La stessa ruina avvenne al

des municipio Verulamio fuit; quia barbari, omissis castellis praesidiisque militarium, quod uberrimum spolianti, et defendentibus intutum, laeti praeda et aliorum segnes, petebant. Ad septuaginta millia civium et sociorum, iis quae memoravi locis, cecidisse constitit: neque enim capere, aut venundare, aliudve quod belli commercium; sed caedes, patibula, ignes, cruces, tamquam reddituri supplicium, ac praerepta interim ultione, festinabant.

34. *Jam Suetonio, quartadecima legio cum vexillariis vicesimariis, et e proximis auxiliares, decem ferme millia armatorum erant: cum omittere cunctationem, et congredi acie parat. Deligitque locum arctis faucibus, et a tergo silva clausum; satis cognito, nihil hostium, nisi in fronte, et apertam planitiem esse, sine metu insidiarum. Igitur legionarius frequens ordinibus, levis circum armatura, conglobatus pro cornibus eques adstitit. At Britannorum copiae passim per catervas et turmas exultabant, quanta non alias multitudo, et animo adeo fero, ut conjuges quoque testes victoriae secum traherent, plaustrisque imponerent, quae super extremum ambitum campi posuerant.*

35. *Boadicea, curru filias prae se vehens, ut quamque nationem accesserat*, solitum quidem Britannis, foeminarum ductu bellare *testabatur*: sed tunc non, ut tantis majoribus ortam, regnum et opes, verum, ut unam è vulgo, libertatem amissam, confectum verberibus corpus, contrectatam filiarum pudicitiam ulcisci. Eo provectas Romano-

municipio di Verulamio; perchè, lasciati i castelli e i militari presidj, i barbari, ove più larga preda e minor difesa appariva, avidi di bottino, lenti ad ogni altra impresa, gittavansi. Settantamila ne' luoghi rammemorati caddero tra cittadini, e alleati; chè non brigavansi d'imprigionarli, o venderli, o farne altro guerriero traffico; ma strazj, croci, fuochi, patiboli, come già fossero essi per soggiacervi, con vendetta anticipata affrettavano.

34. Svetonio avevasi con la legione quattordicesima, co' vessillarj della vigesima, e con gli ajuti vicini, già diecemila soldati; quando s'appresta a troncar gl'indugj ed ordinar la battaglia: e sceglie un luogo di angusto accesso, e chiuso a tergo da un bosco; bene avvisato non esservi altri nemici che a fronte, e la pianura aperta senza timore d'insidie. I legionarj dunque a strette file ordinò, i leggeri armati d'intorno, ed ammassata la cavallerìa nelle bande. Ma i Britanni qua e là, a schiere, a branchi, in disordine corseggiavano; in tanto numero che mai non più, e d'animo così fiero, che trasser anco le mogli seco a contemplar la vittoria, postele sopr'a' carri che nell'estremo aveano della pianura impostati.

35. Boadicea, sul carro innanzi recandosi le figliuole, a quante nazioni si approssimasse, gridava: *usi i Britanni a guerreggiare guidati dalle lor femmine; ma ch'ella allora, non come germe di re possenti, il regno e la signorìa vendicava; ma come una del volgo, la libertà perduta, il corpo livido da' flagelli, la castità violata delle*

rum cupidines, ut non corpora, nec senectam quidem, aut virginitatem impollutam relinquant. Adesse tamen deos justae vindictae. Cecidisse legionem, quae proelium ausa sit: ceteros castris occultari, aut fugam circumspicere. Ne strepitum quidem et clamorem tot millium, nedum impetus et manus perlaturos. Si copias armatorum, si caussas belli secum expenderent, vincendum illa acie, vel cadendum esse. Id mulieri destinatum: viverent viri, et servirent.

36. *Ne Suetonius quidem in tanto discrimine silebat; qui quamquam confideret virtuti, tamen exhortationes et preces miscebat*, ut spernerent sonores Barbarorum, et inanes minas. Plus illic foeminarum, quam juventutis adspici. Imbelles, inermes, cessuros statim, ubi ferrum virtutemque vincentium, totiens fusi agnovissent. Etiam in multis legionibus paucos esse, qui proelia profligarent: gloriaeque eorum accessurum, quod modica manus universi exercitus famam adipiscerentur. Conferti tantum, et pilis emissis, post umbonibus et gladiis, stragem caedemque continuarent, praedae immemores: parta victoria, cuncta ipsis cessura. *Is ardor verba ducis sequebatur, ita se ad intorquenda pila expedierat vetus miles et multa proeliorum experientia, ut certus eventus Suetonius, daret pugnae signum.*

37. *Ac primum legio gradu immota, et angustias loci pro munimento retinens; postquam*

figliuole. Tant'oltre spintasi la libidine de' romani, che non i corpi, nè la vecchiezza pure o la verginità lascino intemerata. Ma gl' Iddii muoversi a giusta vendetta. Una legione, che ardì combattere fu trucidata: gli altri appiattarsi nelle trincee, o spiar come fuggirsene. Neppur di tante migliaja il fremito e lo schiamazzo, non che la serra ed il colpi, ne sosterrebbono. Se il numero de' combattenti, se della guerra le cause considerassero, doversi vincere in tal battaglia, o morire. Tanto ha deciso una femmina: vivan pur gli uomini e servano.

36. Nè già Svetonio taceva in tanto pericolo: il qual, benchè nel valor si affidasse, pure conforti e suppliche mescolava: *sprezzassero le romorose vane minacce de' barbari: più donne colà vedersi, che giovani: imbelli, inermi, dilegueerebbonsi appenachè, tante volte rotti, riconoscessero il ferro e il valore de' vincitori. Ne' grandi eserciti ancora pochi esser quelli, che vincono le battaglie: tal gloria a loro si aggiugnerebbe, se poca truppa la fama d'intero esercito si procacciasse. Sol che serrati, e scagliati i dardi, poi co' brocchieri e gli stocchi, senza badare a preda, pesta e macello continuassero, tutto si avrebbero dalla vittoria.* Cotanto ardore la voce del capitano destò, così l'antico soldato, e di gran prova nell'armi, s'era atteggiato a vibrar saette, che, certo già dell'evento, diede Svetonio il segnale della battaglia.

37. E la legione primieramente a piè fermo, ed a riparo valendosi della strettezza del luogo, poi-

propius suggressus hostis certo jactu tela exhauserat, velut cuneo erupit. Idem auxiliarium impetus, et eques, protentis hastis, perfringit quod obvium, et validum erat. Ceteri terga praebuere, difficili effugio, quia circumjecta vehicula sepserant abitus. Et miles ne mulierum quidem neci temperabat: confixaque telis etiam jumenta corporum cumulum auxerant. Clara et antiquis victoriis par ea die laus parta. Quippe sunt, qui paullo minus quam octoginta millia Britannorum cecidisse tradant, militum quadringentis ferme interfectis, nec multo amplius vulneratis. Boadicea vitam veneno finivit. Et Poenius Postumus, praefectus castrorum secundae legionis, cognitis quartadecimanorum vicesimanorumque prosperis rebus, quia pari gloria legionem suam fraudaverat, abnueratque, contra ritum militiae, jussa ducis, se ipsum gladio transegit.

38. *Contractus deinde omnis exercitus sub pellibus habitus est, ad reliqua belli perpetranda. Auxitque copias Caesar, missis è Germania duobus legionariorum millibus, octo auxiliariorum cohortibus, ac mille equitibus: quorum adventu, nonani legionario milite suppleti sunt; cohortes alaeque novis hibernaculis locatae, quodque nationum ambiguum aut adversum fuerat, igni atque ferro vastatur. Sed nihil aeque, quam fames, adfligebat serendis frugibus incuriosos, et omni aetate ad bellum versa, dum nostros commeatus sibi destinant: gentesque praeferoces tardius ad pacem inclinant; quia Julius Glassicianus, successor Cato missus, et Suetonio discors,*

chè, appressatosi l'inimico, senza errar colpo ogni turcasso ebbe voto, scagliossi in forma di conio. Gli ajuti mossero con egual impeto, e i cavalieri con l'aste in resta ogni gagliardo incontro spezzarono. Volsero gli altri le spalle; ma i carri posti all'intorno chiudean le uscite alla fuga. Ed il soldato neppure dall'uccision delle femmine s'asteneva; e sin le bestie, trafitte dalle saette, crebbero il cumulo de' cadaveri. Insigne gloria quel giorno; ed alle antiche vittorie eguale acquistossi; poichè v'ha tali che narrano poco meno di ottanta mila Britanni spenti, quattrocento spenti de' nostri, nè molto più di feriti. Boadicèa finì di veleno. E Penio Postumo, mastro di campo della seconda legione, inteso il lieto successo della ventesima e quartadecima, perchè frodò di pari gloria la sua legione, schernendo contro il dovere della milizia gli ordini del capitano, da sè medesimo s'ammazzò.

38. Raccolto quindi l'intero esercito fu ritenuto ne' padiglioni per trarre a fine la guerra. E Cesare lo rinforzò con due mila legionarj inviati dalla Germania, otto compagnie d'ausiliari, e mille cavalli. Al giunger loro si rifornì di legionarj la nona: gli ajuti e i cavalli si ebbero novi quartieri; e quante vi erano nemiche, o dubbie nazioni a ferro e a fuoco si devastarono. Ma niente più travagliavali che la fame, dimentichi di seminare, e tutti datisi all'armi, contando su i nostri viveri, e i popoli più feroci piegandosi più lentamente alla pace, perchè Giulio Glassiciano, dato per successore a Cato, ed a Svetonio discorde, il ben pubblico con le private animosità frastornava, e avea sparso, *che si*

bonum publicum privatis simultatibus impediebat: disperseratque, novum legatum opperiendum esse, sine hostili ira et superbia victoris clementer deditis consulturum. *Simul in urbem mandabat*, nullum proelio finem expectarent, nisi succederetur Suetonio: *cujus adversa*, *pravitati ipsius*; *prospera*, *ad fortunam Reip. referebat*.

39. *Igitur ad spectandum Britanniae statum missus est ex libertis Polycletus, magna Neronis spe, posse auctoritate ejus, non modo inter legatum procuratoremque concordiam gigni, sed et rebelles Barbarorum animos pace componi. Nec defuit Polycletus, quo minus, ingenti agmine Italiae Galliaeque gravis, postquam Oceanum transmiserat, militibus quoque nostris terribilis incederet. Sed hostibus inrisui fuit, apud quos, flagrante etiam tum libertate, nondum cognita libertorum potentia erat: mirabanturque, quod dux et exercitus, tanti belli confector, servitiis obedirent. Cuncta tamen ad Imperatorem in mollius relata: detentusque rebus gerundis Svetonius, quod post paucas naves in litore remigiumque in iis amiserat, tamquam durante bello*, tradere, exercitum Petronio Turpilano, *qui jam Consulatu abjerat*, *jubetur. Is non irritato hoste, neque lacessitus, honestum pacis nomen segni otio imposuit.*

40. *Eodem anno Romae insignia scelera, alterum Senatoria, servili alterum audacia, admissa sunt. Domitius Balbus erat Praetorius, simul longa senecta, simul orbitate et pecunia insidiis obnoxius. Ei, propinquus Valerius Fa-*

dovesse il nuovo legato attendere; provvederebbe clementemente agli arresi senza ira ostile e superbia di vincitore. Insieme scriveva a Roma, *che non sperassero la guerra spenta, se non mandavasi un successore a Svetonio:* le cui tristi imprese alla malizia sua attribuiva, le prospere alla fortuna della repubblica.

39. Si spedì dunque a visitar lo stato della Brettagna Policleto liberto, con gran fidanza del Principe, che si potesse con la costui autorità non solo riconciliare il Legato e il Procuratore, ma ridur anche a pace i rubelli cuori de' Barbari. Nè Policleto mancò, con un immenso corteggio grave all'Italia e alla Gallia, poich' ebbe varcato il mare, di presentarsi anche a' soldati nostri terribile. Ma fu di scherno a' nemici, da' quali, tuttora ardenti di libertà, non conosceasi per anco la potestà de' liberti: e si stupivano, che un capitano e un esercito, di tanta guerra oppressore, ad uno schiavo obbedissero. Pure ogni cosa fu riferita più dolcemente all' Imperadore. E Svetonio fu ritenuto al governo: per aver poi perduto alquante navi in sul lido con la lor ciurma, come durasse la guerra, gli si domanda *di consegnare l' esercito a Turpiliano*, ch'era già uscito di Consolo. Questo, non provocato il nemico, nè provocatone, diè nome onesto di pace ad un riposo vigliacco.

40. Nello stess' anno in Roma scelleratezze orribili si commisero, una dall' arditezza d' un Senatore, l' altra d' un servo. Domizio Balbo, di già pretore, e per esser decrepito e per essere senza figliuoli e ricchissimo, andava esposto alle insidie.

bianus, capessendis honoribus destinatus, subdidit testamentum, adscitis Vinicio Rufino et Terentio Lentino equitibus Romanis. Illi Antonium Primum, et Asinium Marcellum sociaverant. Antonius audacia promptus: Marcellus Asinio Pollione proavo clarus, neque morum spernendus habebatur, nisi quod paupertatem praecipuum malorum credebat. Igitur Fabianus tabulas iis, quos memoravi, et aliis minus inlustribus, obsignat. Quod apud patres convictum: et Fabianus Antoniusque, cum Rufino et Terentio, lege Cornelia damnantur. Marcellum memoria majorum, et preces Caesaris, poenae magis, quam infamiae exemere.

41. *Perculit is dies Pompejum quoque Aelianum, juvenem Quaestorium, tamquam flagitiorum Fabiani gnarum: eique Italia et Hispania, in qua ortus erat, interdictum est. Pari ignominia Valerius Ponticus adficitur, quod reos, ne apud praefectum urbis arguerentur, ad Praetorem detulisset, interim, specie legum, mox praevaricando, ultionem elusurus. Additur Senatusconsulto:* qui talem operam emptitasset, vendidissetve, perinde poena teneretur, ac publico judicio calumniae condemnatus.

42. *Haud multo post, praefectum urbis Pedanium Secundum servus ipsius interfecit: seu negata libertate, cui pretium pepigerat, sive amore exoleti infensus, et dominum aemulum non tolerans. Ceterum cum, vetere ex more, familiam omnem, quae sub eodem tecto mansitaverat, ad supplicium agi oporteret, concursu*

Valerio Fabiano, suo consanguineo, già destinato agli onori, ne adulterò il testamento, fattone complici Vinicio Rufino e Terenzio Lentino, cavalieri romani. Quelli associaronsi Antonio Primo ed Asinio Marcello. Antonio pronto ad ogni temerità; Marcello, illustre per il bisavo Asinio Pollione, nè pur d' abietti costumi si reputava, solo che il sommo de' mali credeva la povertà. Fabiano dunque suggella il testamento co' nominati due testimonj ed altri meno cospicui. Fu ciò chiarito in Senato: e Fabiano e Antonio con Rufino e Terenzio giusta la legge Cornelia si condannarono. La memoria degli antenati e le preghiere di Cesare trasser Marcello più dalla pena, che dall' infamia.

41. Tal giorno percosse ancora Pompeo Eliano, giovane già questore, come istruito delle malvagità di Fabiano: e fu d' Italia, e di Spagna, ov' egli nacque, bandito. A pari obbrobrio condannasi Valerio Pontico, perchè al Pretore, onde non fossero dal Prefetto della città convenuti, i rei denunziò per sottrarli, sotto color delle leggi intanto, poi colludendo, alla pena. E per decreto de' Padri aggiugnesi: *chi tali frodi o comperasse, o vendesse, fosse punito egualmente, che se per giudizio pubblico di calunnia si condannasse.*

42. Nè molto dopo il Prefetto della città, Pedanio Secondo fu da un suo schiavo ammazzato, o per libertà, già pattuita a prezzo, negatagli, o ingelosito che il suo padrone l'amor di giovane drudo gli contrastasse. Ma per costume antico dovendosi trar tutti i servi al supplizio, che sotto lo stesso tetto abitavano, per l' affollarsi del popolo, che

plebis, quae tot innoxios protegebat, usque ad seditionem ventum est: Senatuque in ipso erant studia nimiam severitatem adspernantium, pluribus nihil mutandum censentibus. Ex quis C. Cassius, sententiae loco, in hunc modum disseruit.

43. Saepenumero P. C. in hoc ordine interfui, cum contra instituta et leges majorum nova Senatus decreta postularentur: neque sum adversatus: non, quia dubitarem super omnibus negotiis melius atque rectius olim provisum, et, quae, converterentur, in deterius mutari; sed ne nimio amore antiqui moris studium meum extollere viderer. Simul, quidquid hoc in nobis auctoritatis est, crebris contradictionibus destruendum non existimabam, ut maneret integrum, si quando Respublica consiliis eguisset. Quod hodie evenit, Consulari viro domi suae interfecto, per insidias serviles, quas nemo prohibuit, aut prodidit, quamvis nondum concusso Senatusconsulto, quod supplicium toti familiae minitabatur. Decernite, hercule impunitatem. At, quem dignitas sua defendet, cum praefectura urbis non profuerit? quem numerus servorum tuebitur, cum Pedanium Secundum quadringenti non protexerint? cui familia opem feret, quae ne in metu quidem pericula nostra avertit? An, ut quidam fingere non erubescunt, injurias suas ultus est interfector? quia de paterna pecunia transegerat, aut avitum mancipium detrahebatur? Pronuntiemus ultro, dominum jure caesum videri.

proteggeva tanti innocenti, fu giunto sino al tumulto: e nel Senato stesso v' erano brighe contrarie a tanta severità, tenendosi i più nel voto che nulla si rinnovasse, tra cui Cajo Cassio espose il suo parere in tal forma:

43. *Più volte, Padri Coscritti, io fui presente in quest'Ordine, quando contro le leggi e i costumi degli antenati nuovi decreti al Senato si domandavano; nè contraddissi: non perchè io dubitassi che ad ogni affare meglio e più rettamente non fosse già provveduto, e quanto pur si mutava in peggio non si cangiasse, ma per non parere pel troppo amore a' costumi antichi di troppo zelo infiammato. Pensava inoltre, che non dovesse checchè in noi resta di autorità con frequenti contraddizioni distruggersi, per conservarlo intero, se la repubblica bisogni mai di consiglio. Lo che avvien oggi, che per insidie servili un uom consolare nella sua casa fu spento, senza che niun le impedisse o le rivelasse, benchè non sia distrutto ancora il decreto, che alla famiglia intera minaccia morte. Decretatene pure l' impunità. Ma chi fia dalla sua dignità protetto quando il governo della città non giovò? Qual numero potrà schermirne di schiavi, se quattrocento non han protetto Pedanio? Chi mai soccorrerà una famiglia, cui neppur muove a salvarci la sua ruina medesima? Forse, come taluni non si vergognan di fingere, l' uccisore le ingiurie sue vendicò? perchè patteggiato avea con il paterno danaro, od un avito mancipio se gli rapiva? Via, pronunziamo, spento a diritto il padrone.*

44. Libet argumenta conquirere in eo, quod sapientioribus deliberatum est? Sed et, si nunc primum statuendum haberemus; creditisne, servum interficiendi domini animum sumpsisse, ut non vox minax excideret? nihil per temeritatem proloqueretur? Sane consilium occuluit, telum inter ignaros paravit: num excubias transiret, cubiculi fores recluderet, lumen inferret, caedem patraret, omnibus nesciis? Multa sceleris indicia praeveniunt. Servi si prodant, possumus singuli inter plures, tuti inter anxios, postremo, si pereundum sit, non inulti inter nocentes agere. Suspecta majoribus nostris fuere ingenia servorum, etiam cum in agris aut domibus iisdem nascerentur, caritatemque dominorum statim acciperent. Postquam vero nationes in familiis habemus, quibus diversi ritus, externa sacra, aut nulla sunt, conluviem istam non nisi metu coercueris. At quidam insontes peribunt. Nam et ex fuso exercitu, cum decimus quisque fusti feritur, etiam strenui sortiuntur. Habet aliquid ex iniquo omne magnum exemplum, quod contra singulos, utilitate publica rependitur.

45. *Sententiae Cassii, ut nemo unus contra ire ausus est, ita dissonae voces respondebant*, numerum, aut aetatem, aut sexum, ac plurimorum indubiam innocentiam *miserantium. Praevaluit tamen pars, quae supplicium decernebat. Sed obtemperari non poterat, conglobata multitudine et* saxa ac faces *minitante. Tum Caesar Po-*

44. *Giova cercare argomenti in cosa, che i più sapienti deliberarono? Ma e se or dovesse la prima volta decidersi, credete forse che un servo prendesse cuore di uccidere il suo padrone, senza che gli sfuggisse un minaccevole accento? senza che motto incauto ne prorompesse? Certo il disegno occultò; preparò segretamente il pugnale: trapassò forse le guardie, aprì la camera, recovvi il lume, compiè l' eccidio, tutti ignorandolo? Mille segnali un misfatto annunziano. Se li palesino i servi, possiamo soli tra molti vivere, sicuri fra irrequieti; morire al fine, se morir dessi, ma vendicati fra malfattori morire. Sospetti a' nostri maggiori furon gl' ingegni de' servi, quand' anche nelle campagne, o nelle stesse case nascevano, e coll' amor de' padroni s' ingeneravano. Ma poichè abbiamo nazioni nelle famiglie, di vario rito, di religione straniera o niuna, può la paura sola tanta ciurmaglia comprimere. Ma periranno alcuni, innocenti. Ed, allorchè d' un esercito sbaragliato s' uccide uno ogni diece, traggonsi a sorte anche i prodi. V' ha in ogni grande esempio qualche privata ingiustizia, che dalla pubblica utilità si compensa.*

45. Alla sentenza di Cassio, come niuno ardì contradire, così un frastuono rispose di voci commiseranti *il numero*, o *l' età*, o *'l sesso*, e *l' innocenza indubitata de' più*. Prevalser pure coloro, che decretavano morte; ma non poteva obbedirsi per il gran volgo addensatosi a minacciar sassi e fiamme. Allora Cesare con Editto rampognò

pulum edicto increpuit; atque omne iter, quo damnati ad poenam ducebantur, militaribus praesidiis sepsit. Censuerat Cingonius Varro, ut liberti quoque, qui sub eodem tecto fuissent, Italia deportarentur. Id a Principe prohibitum est, ne mos antiquus, quem misericordia non minuerat, per saevitiam intenderetur.

46. *Damnatus iisdem Consulibus Tarquitius Priscus repetundarum, Bithynis interrogantibus, magno Patrum gaudio, qui accusatum ab eo Statilium Taurum, Proconsulem ipsius, meminerant. Census per Gallias a Q. Volusio, et Sex. Africano, Trebellioque Maximo acti sunt, aemulis inter se per nobilitatem Volusio atque Africano: Trebellium dum uterque dedignatur, supra tulere.*

47. *Eo anno mortem obiit Memmius Regulus, auctoritate, constantia, fama, in quantum praeumbrante Imperatoris fastigio datur, clarus: adeo ut Nero, aeger valetudine, et adulantibus circum, qui* finem imperio adesse *dicebant*, si quid fato pateretur; *responderit*, habere subsidium Rempublicam. *Rogantibus dehinc*, in quo potissimum? *addiderit*, in Memmio Regulo. *Vixit tamen post haec Regulus, quiete defensus; et quia nova generis claritudine, neque invidiosis opibus erat. Gymnasium eo anno dedicatum a Nerone, praebitumqe oleum Equiti ac Senatui, Graeca facilitate.*

48. *P. Mario, L. Asinio Consulibus, Antistius Praetor, quem in Tribunatu plebis licenter egisse memoravi, probrosa adversus Princi-*

il popolo: ed ogni via, per cui traevansi i condannati al supplizio, di guardie rassicurò. Avea Cingonio proposto, ch' anche i liberti, raccolti sotto il medesimo tetto, d'Italia si discacciassero. Fu ciò vietato dal Principe, *perchè l' antico costume, cui non potè la compassione ammollire, non s' inasprisse per crudeltà*.

46. Fu condannato sotto gli stessi Consoli Tarquizio Prisco, accusato di rapacità da' Bitinj, con gioja somma de' Padri, che ricordavano da lui accusato Statilio Tauro suo Proconsolo. Da Quinto Volusio e Sestio Affricano e Trebellio Massimo si catastaron le Gallie, rivaleggiando fra loro per nobiltà Volusio e Affricano: mentre disprezzan ambo Trebellio, sopra di sè lo innalzarono.

47. Morì nell' anno medesimo Memmio Regolo, d'autorità, costanza, fama, quanto si può sotto l' ombra della imperial grandezza, cospicuo; talchè Nerone, infermatosi, e cinto d' adulatori, che *rovinato*, dicean, l'imperio, *se il fato mai lo rapisse;* rispose, *v' ha chi può reggere la repubblica*; e interrogato *chi mai?* ei replicò; *Memmio Regolo.* Visse pur Regolo dopo ciò, difeso da un ozio quieto; e perchè aveva nobiltà nuova, e non ricchezze invidiabili. Si dedicò quell' anno da Nerone il Ginnasio, e si diè l' oglio a' cavalieri e al Senato con greca dissolutezza.

48. Consoli P. Mario e L. Asinio, Antistio Pretore, il qual dissi che il tribunato plebeo licenziosamente trattò, compose versi obbrobriosi contro

pem carmina factitavit, vulgavitque celebri convivio, dum apud Ostorium Scapulam epulatur. Exin a Cossutiano Capitone, qui nuper Senatorium Ordinem, precibus Tigellini, soceri sui, receperat, majestatis delatus est. Tum primum revocata ea lex: credebaturque haud perinde exitium Antistio, quam Imperatori gloria quaesita, ut condemnatus a Senatu, intercessione tribunicia morti eximeretur. Et cum Ostorius, nihil audivisse, *pro testimonio dixisset, adversis testibus creditum. Censuitque Junius Marullus, Consul designatus*, adimendam reo praeturam, necandumque more majorum. *Ceteris inde adsentientibus, Paetus Thrasea, multo cum honore Caesaris, et acerrime increpito Antistio*. Non, quidquid nocens reus pati mereretur, id, egregio sub Principe, et nulla necessitate obstricto Senatu, statuendum, *disseruit*. Carnificem et laqueum pridem abolita, et esse poenas legibus constitutas, quibus, sine judicum saevitia et temporum infamia, supplicia decernerentur. Quin in insula, publicatis bonis, quo longius sontem vitam traxisset, eo privatim miseriorem, et publicae clementiae maximum exemplum futurum.

49. *Libertas Thraseae servitium aliorum rupit: et, postquam discessionem Consul permiserat, pedibus in sententiam ejus iere, paucis exemptis: in quibus adulatione promptissimus fuit A. Vitellius, optimum quemque jurgio lacessens, et respondenti reticens, ut pavida ingenia solent. At Consules, perficere Senatus decretum*

del Principe, e divulgolli in un convito solenne, da Ostorio Scapola celebrato. Quindi da Cossuziano Capitone, che non ha guari racquistò l'ordine senatorio per le preghiere di Tigellino, suo suocero, fu querelato di maestà. Ravvivossi allora tal legge; si credeva, non tanto per rovinare Antistio, quanto a procacciar gloria all'Imperadore, acciò condannato da' Padri, per intercession Tribunizia a morte si sottraesse. E avendo Ostorio deposto *di non aver nulla udito*, credettesi a testimonj contrarj. E Giunio Marullo, Console disegnato, propose, *che si togliesse al reo la Pretura, e all'uso antico si giustiziasse*. Già consentivano tutti, quando Peto Trasea, con molto onore di Cesare e rampognato ferocemente Antistio parlamentò: *non doversi sotto un egregio Principe, ed un Senato non violentato da niuna necessità, decretare quanto un colpevole si meritò. Laccio e carnefice già da gran tempo aboliti; e dalle leggi fissati tali supplizj, onde punire i rei, senza ferocia de' giudici, e senza infamia de' tempi. Anzi in un' Isola, confiscatene le facoltà, quanto più a lungo la rea vita traesse, tanto ei sarebbe personalmente più misero, e di clemenza pubblica grande esempio.*

49. La libertà di Trasea ruppe l'altrui servitù; e quando il Console raccolse i voti, trattone pochi, tutti con lui consentirono, tra' quali Aulo Vitellio, adulatore prontissimo, provocator rissoso d'ogni migliore, e ad ogni risposta mutolo, come de' vili è costume. Ma i Consoli, non attentatisi ad eseguirne il decreto, scrissero a Cesare la volontà del Se-

non ausi, de consensu scripsere Caesari. Ille, inter pudorem et iram cunctatus, postremo rescripsit, nulla injuria provocatum Antistium, gravissimas in Principem contumelias dixisse: earum ultionem a Patribus postulatam: et, pro magnitudine delicti poenam statui, par fuisse: ceterum se, qui severitatem decernentium impediturus fuerit, moderationem non prohibere. Statuerent ut vellent; datam etiam absolvendi licentiam. *His atque talibus recitatis, et offensione manifesta, non ideo aut Consules mutavere relationem; aut Thrasea decessit sententia; ceterive, quae probaverant, deseruere: pars, ne Principem objecisse invidiae viderentur; plures numero tuti; Thrasea sueta firmitudine animi, et ne gloria intercideret.*

50. *Haud dispari crimine Fabricius Vejento conflictatus est*, quod multa et probrosa in Patres et Sacerdotes composuisset, iis libris, quibus nomen *Codicillorum* dederat. *Adjiciebat Talius Geminus, accusator;* venditata ab eo munera Principis, et adipiscendorum honorum jus. *Quae caussa Neroni fuit suscipiendi judicii: convictumque Vejentonem Italia depulit, et libros exuri jussit, conquisitos lectitatosque, donec cum periculo parabantur: mox licentia habendi oblivionem adtulit.*

51. *Sed gravescentibus in dies publicis malis, subsidia minuebantur: concessitque vita Burrus, incertum valetudine, an veneno. Valetudo ex eo conjectabatur, quod in se tumescentibus paullatim faucibus, et impedito meatu, spiritum finiebat. Plures, jussu Neronis, quasi remedium*

nato. Egli ondeggiando fra la vergogna e lo sdegno, rescrisse alfine, *che Antistio, non provocato da ingiuria, obbrobriosamente straziò l'onore del Principe: che a' Padri ne fu la pena richiesta; e pena a tanto misfatto pur si doveva: egli però, che frenat' avrebbe la loro severità, non vietavane l'indulgenza. Decretino a senno loro; e se ancor piace lo assolvano.* Lettesi tali cose, e conosciutolo offeso, non perciò i Consoli altra sentenza proposero, o di consiglio variò Trasea, o gli altri, che acconsentirongli, si ritrassero, parte, per non parere di crear odio al Principe; i più, sicuri nel numero; Trasea, per la usata fermezza d'animo, e non gittare sua gloria.

50. Fu travagliato da eguale accusa Fabrizio Vejentone *per avere di molte infamie gravati i Padri e i Sacerdoti ne' libri, che intitolò codicilli.* Talio Gemino, accusatore, aggiungeva, *ch'egli usò vendere i benefizj del Principe, ed il diritto di procacciarsi gli onori.* Lo che stimolò Nerone a giudicarne egli stesso: e convintone Vejentone, lo discacciò d'Italia, e ordinò se ne bruciassero i libri, che si cercarono e lessero ansiosamente, finchè fu rischio acquistarli: poi la licenza di possedergli mandolli in dimenticanza.

51. Ma ogni dì raggravandosi i mali pubblici, i rimedj si minoravano: e cessò Burro di vivere, se di morbo o di veleno è mal noto. Congetturavasi infermità dal gonfiarglisi appoco appoco la gola, e in guisa da soffocarne il respiro. I più affermavano che per ordine di Nerone, quasi per medicarnelo,

adhiberetur, inlitum palatum ejus noxio medicamine adseverabant : et Burrum , intellecto scelere , cum ad visendum eum Princeps venisset , adspectum ejus aversatum, sciscitanti hactenus respondisse: Ego me bene habeo. *Civitati grande desiderium ejus mansit, per memoriam virtutis , et successorum alterius segnem innocentiam, alterius flagrantissima flagitia et adulteria .Quippe Caesar duos praetoriis cohortibus imposuerat: Fenium Rufum, ex vulgi favore, quia rem frumentariam sine quaestu tractabat. Sofonium Tigellinum, veterem impudicitiam atque infamiam in eo secutus. Atque illi pro cognitis moribus fuere, validior Tigellinus in animo Principis, et intimis libidinibus adsumptus: prospera Populi et militum fama Rufus: quod apud Neronem adversum experiebatur.*

52. *Mors Burri infregit Senecae potentiam ; quia nec bonis artibus idem virium erat, altero velut duce amoto, et Nero ad deteriores inclinabat. Hi variis criminationibus Senecam adoriuntur*, tamquam ingentes et privatum modum evectas opes adhuc augeret: quodque studia civium in se verteret : hortorum quoque amoenitate et villarum magnificentia quasi Principem supergrederetur. *Objiciebant etiam*, eloquentiae laudem uni sibi adsciscere, et carmina crebrius factitare, postquam Neroni amor eorum venisset. Nam oblectamentis Principis palam iniquum, detrectare vim ejus equos regentis; inludere voces, quotiens caneret. Quem ad finem nihil in Rep. clarum fore, quod non ab illo reperiri credatur? Certe finitam Neronis pueri-

gli si unse di veleno il palato; e che Burro, compresa la scelleraggine, fattosi il Principe a visitarlo, voltogli il dosso, e interrogatone, *come stesse*, *ora*, rispose, *sto bene*. Rimase a Roma gran desiderio di lui per la memoria di sua virtù, e per la vile innocenza d'uno de'suoi successori, e gli ardentissimi vizj ed adulterj dell'altro: perocchè Cesare a' pretoriani due soprappose, Fenio Rufo per il favore del volgo, perchè l'annona senza rapacità amministrava; e Sofonio Tigellino, premiando in lui l'impudicizia antica e l'infamia. Ed ei ne usò secondo i conosciuti costumi: prevalse nel cuor del Principe Tigellino, ministro di sue segrete libidini. Fenio era caro al popolo ed a' soldati, lo che gli era presso Nerone dannoso.

52. La morte di Burro infranse il potere di Seneca: perchè nè aveano le buone arti la stessa forza, quasi scemate d'un capo; ed inclinava Nerone a'pessimi. Questi con varie criminazioni Seneca investono, *come tuttora aumentasse ricchezze immense ed oltre il privato vivere già trascorse, ed il favore brigasse de' cittadini, e con l'amenità de'giardini e lo splendor delle ville quasi il Principe sorpassasse.* Gli opponevano ancora *ch'ei s'appropriasse tutta la gloria dell'eloquenza; e che si desse con più frequenza a far versi, poichè Nerone di tal vaghezza fu preso. Che apertamente inimico a'passatempi del Principe biasimavane la valentia nel maneggiare i cavalli, e ne scherniva la voce qualor cantasse. Perchè*

tiam, et robur juventae adesse, exueret magistrum, satis amplis doctoribus instructus, majoribus suis.

53. *At Seneca criminantium non ignarus, prodentibus iis, quibus aliqua honesti cura, et familiaritatem ejus magis adspernante Caesare, tempus sermoni orat, et accepto, ita incipit:* Quartusdecimus annus est, Caesar, ex quo spei tuae admotus sum; octavus, ut imperium obtines: medio temporis tantum honorum atque opum in me cumulasti, ut nihil felicitati meae desit, nisi moderatio ejus. Utar magnis exemplis, nec meae fortunae, sed tuae. Abavus tuus, Augustus, M. Agrippae Mitylenense secretum; C. Maecenati, urbe in ipsa, velut peregrinum otium permisit: quorum alter bellorum socius, alter Romae pluribus laboribus jactatus, ampla quidem, sed pro ingentibus meritis, praemia acceperant. Ego quid aliud munificentiae tuae adhibere potui, quam studia, ut sic dixerim, in umbra educata, et quibus claritudo venit, quod juventae tuae rudimentis adfuisse videor? grande hujus rei pretium. At tu gratiam immensam, innumeram pecuniam circumdedisti: adeo, ut plerumque intra me ipsum volvam: Egone, equestri et provinciali loco ortus, proceribus civitatis adnumeror? Inter nobiles, et longa decora praeferentes, novitas mea enituit? Ubi est animus ille, modicis contentus? Tales hortos instruit, et per haec suburbana incedit, et tantis agrorum spatiis, tam lato foenore exuberat? Una defen-

nulla vi sia di grande nella repubblica, che trovato da lui non credasi. Finita è pur di Nerone la fanciullezza, ed è già in forza di gioventù. Sciolgasi da un pedante, giacchè ha ben ampli maestri negli avi suoi.

53. Ma Seneca, de' querelanti istruito per opera di taluni, che fior d'onestà pregiavano, e toltagli sempre più l'intrinsichezza di Cesare, pregalo d'ascoltarlo, e impetratolo così comincia: *Quattordici anni son, Cesare, ch'io presi a reggere le tue speranze; ed otto, che tu possiedi l'imperio: in tal frattempo, di tante ricchezze e onori m'hai colmo, che alla mia felicità nulla manca fuori che temperarla. Produrrò grandi esempj, nè della mia fortuna, ma della tua. Il tuo arcavolo Augusto accordò a M. Agrippa un ritiro in Lesbo, a Cilnio Mecenate ozio in Roma stessa quale straniero: l'uno de' quali compagno delle battaglie, l'altro da tante cure agitato in Roma, ampia mercede in vero, ma pari a' grandi meriti, ottennero. Io con che altro potei la tua munificenza acquistarmi, che con istudj, nell'ozio per così dire nutriti? e i quali han lustro, perchè sembro averli adoprati a formar la tua gioventù, gran premio de' miei travagli. Ma tu d'immenso favore, di smisurata opulenza li coronasti, talchè sovente considero tra me stesso: io cavaliere, io provinciale, a' Magnati della città sono ascritto? Tra' nobili di antico lustro brillò la mia novità? Ov'è quell'animo già soddisfatto del poco? Tali giardini abbellisce, e per queste ville passeggia, e di sì vaste campagne, di tanto*

sio occurrit, quod muneribus tuis obniti non debui.

54. Sed uterque mensuram implevimus, et tu, quantum Princeps tribuere amico posset, et ego, quantum amicus a Principe accipere. Cetera invidiam augent: quae quidem, ut omnia mortalia, infra tuam magnitudinem jacet; sed mihi incumbit: mihi subveniendum est. Quo modo in militia aut via fessus adminiculum orarem; ita, in hoc itinere vitae, senex, et levissimis quoque curis impar, cum opes meas ultra sustinere non possim, praesidium peto. Jube eas per procuratores tuos administrari, in tuam fortunam recipi. Nec me in paupertatem ipse detrudam, sed traditis, quorum fulgore praestringor, quod temporis hortorum aut villarum curae seponitnr, in animum revocabo. Superest tibi robur, et tot per annos nixum fastigio regimen: possumus seniores amici quieti respondere. Hoc quoque in tuam gloriam cedet, eos ad summa vexisse, qui et modica tolerarent.

55. *Ad quae Nero sic ferme respondit:* Quod meditatae orationi tuae statim occurram, id primum tui muneris habeo, qui me non tantum praevisa, sed subita expedire docuisti. Abavus meus, Augustus, Agrippae et Maecenati usurpare otium post labores concessit; sed in ea ipsa aetate, cujus auctoritas tueretur, quidquid illud et qualecumque tribuisset: attamen neutrum datis a se praemiis exuit. Bello et periculis meruerant: in his enim juventa Augusti versata est. Nec mihi tela et manus

diffuse rendite abbonda? Solo mi scusa ch'i' non doveva resistere a' doni tuoi.

54. *Ma entrambi la misura abbiam colma, e tu di quanto ad amico può donar Principe, ed io di quanto un amico da Principe può ricevere. Il resto accresce l'invidia, la quale è certo, come ogni cosa mortale, alla grandezza tua sottoposta: me però strazia; io di sostegno abbisogno. Come da guerra o da cammino spossato, ajuto domanderei, così, per questa via della vita, vecchio, e mal atto anche alle minime cure, più non reggendo al peso di mie ricchezze, chiedo che me ne sgravi. Fa' che da' tuoi procuratori amministrinsi, colle sostanze tue s' accomunino. Nè fia ch' io caggia nell' indigenza; ma toltemi quelle cose, il cui splendore m' abbaglia, quel tempo, che per le ville e pe' giardini consumasi, all' animo restituirò. Hai tu vigore di età, e signoria già da tant' anni afforzata: noi vecchi amici possiam riposo agognare; e sarà pure tua gloria di aver coloro inalzati al colmo, ch' anche del poco eran paghi.*

55. Al che Nerone quasi così rispose. *Ch' io tosto replicar possa al tuo studiato discorso, il debbo primieramente a te, che m' insegnasti a spedir le cose non sol previste, ma repentine. Il mio arcavolo Augusto ad Agrippa ed a Mecenate concesse dopo i travagli riposo; ma in quella età che potesse sostener quanto ebbe già loro donato: nè de' suoi doni pur gli spogliò. In guerra e ne' pericoli gli meritarono; perocchè in questi aggirossi la giovinezza d' Augusto. Nè andando*

tuae defuissent, in armis agenti. Sed quod praesens conditio poscebat, ratione, consilio, praeceptis pueritiam, dein juventam meam fovisti. Et tua quidem erga me munera, dum vita suppetet, aeterna erunt: quae a me habes, horti, et foenus, et villae, casibus obnoxia sunt; ac licet multa videantur, plerique haudquaquam artibus tuis pares, plura tenuerunt. Pudet referre libertinos, qui ditiores spectantur. Unde etiam rubori mihi est, quod praecipuus caritate, nondum omnes fortuna antecellis.

56. Verum et tibi valida aetas, rebusque et fructui rerum sufficiens: et nos prima imperii spatia ingredimur: nisi forte aut te Vitellio ter Consuli, aut me Claudio postponis. Sed, quantum Volusio longa parsimonia quaesivit, tantum in te mea liberalitas explere non potest. Quin, si qua in parte lubricum adolescentiae nostrae declinat, revocas ornatumque robur subsidio impensius regis. Non tua moderatio, si reddideris pecuniam; nec quies, si reliqueris Principem; sed mea avaritia, meae crudelitatis metus in ore omnium versabitur. Quod si maxime continentia tua laudetur, non tamen sapienti viro decorum fuerit, unde amico infamiam paret, inde gloriam sibi recipere. *His adjicit complexum et oscula, factus natura et consuetudine exercitus, velare odium fallacibus blanditiis. Seneca (qui finis omnium cum dominante sermonum) grates agit: sed instituta prioris potentiae commutat: prohibet coetus salutantium: vitat*

« guerra, avresti tu ricusato di brandir l'armi per me. Ma come il presente stato esigeva, tu confortasti con la ragione, col senno, con i precetti la fanciullezza mia, quindi la mia gioventù. E questi uffizj tuoi verso me vivranno in me eternamente. Quanto da me ricevesti, giardini, e rendite, e ville, alla fortuna soggiacciono; e benchè grandi rassembrino, molti, inferiori a' tuoi meriti, maggiori ancora ne ottennero. Vergognomi di nominare i liberti, che in opulenza t'avanzano. Onde ho pur onta, che innanzi a tutti di amore, ancor nol sii di fortuna.

56. *Ma e tu se' di robusta età, ed agli affari e a goderne il merito poderosa; e noi siam dell'imperio nel primo corso; seppure o te a Vitellio tre volte Consolo, o a Claudio me non posponi. Ma quanto la lunga sua parsimonia a Volusio, non può a te la mia liberalità procacciare. Anzi, se punto la nostra lubrica gioventù sdrucciola, tu la reggi, ed il vigore avvivatone, con maggior cuore sostieni. Non tua moderazione, se le ricchezze mi rendi; non tuo riposo, se ti distacchi dal Principe; ma griderassi da tutti, essere mia avarizia, timor di mia crudeltà. Che se la tua continenza principalmente si commendasse, non però si converrebbe ad uom saggio trarre a sè gloria onde abbia infamia l'amico.* Finì coll'abbracciarlo e baciarlo, fatto dalla natura, e addestrato dall'abitudine a velar l'odio con menzognere carezze. Seneca (quale è il fine d'ogni colloquio co' Dominanti) gli rende

comitantes: rarus per urbem; quasi valetudine infensa, aut sapientiae studiis, domi adtineretur.

57. *Perculso Seneca, promptum fuit, Rufum Fenium imminuere,* Agrippinae amicitiam *in eo criminantibus: validiorque in dies Tigellinus, et malas artes, quibus solis pollebat, gratiores ratus, si Principem societate scelerum obstringeret; metus ejus rimatur: compertoque, Plautum et Syllam maxime timeri, Plautum in Asiam, Syllam in Galliam Narbonensem nuper amotos;* nobilitatem eorum, et propinquos huic Orientis, illi Germaniae exercitus *commemorat*. Non se, ut Burrum, diversas spes, sed solam incolumitatem Neronis spectare: cui caveri utcumque ab urbanis insidiis praesentia; longinquos motus quonam modo comprimi posse? Erectas Gallias ad nomen Dictatorium, nec minus suspectos Asiae Populos claritudine avi Drusi. Syllam inopem; unde praecipuam audaciam: et simulatorem segnitiae, dum temeritati locum reperiret. Plautum magnis opibus, ne fingere quidem cupidinem otii; sed veterum Romanorum imitamenta praeferre: adsumpta etiam Stoicorum adrogantia, sectaque, quae turbidos, et negotiorum adpetentes faciat. *Nec ultra mora. Sylla, sexto die pervectis Massiliam percussoribus, ante metum et rumorem interficitur, cum epulandi caussa discumberet. Relatum caput ejus inlusit Nero, tamquam praematura canitie deforme.*

58. *Plauto parari necem, non perinde occul-*

grazie; ma il tenor cangia di sua primiera grandezza; sgombra le visite; schiva il corteggio; raro si mostra per la città, quasi a filosofare, o per infermità si chiudesse.

57. Crollato Seneca, potè tosto deprimersi Rufo Fenio, *dell' amicizia* gravandolo *di Agrippina*. E invigoriva ogni dì più Tigellino, e reputando i misfatti, ond' ei soltanto valeva, riuscir più grati, se il Principe nelle sue scelleratezze implicasse, esplora le sue paure, e scopertolo tremar di Plauto e di Silla principalmente, testè cacciati in Asia Plauto, Silla in Provenza, *la lor nobiltà* commemora, *ed esser vicini a questo gli eserciti dell' Oriente, a quello della Germania. Ch' egli, non come Burro altre cose, ma solo Nerone salvo agognava. Bastava la sua presenza a frenar comunque le insidie cittadinesche; ma in qual maniera comprimer moti lontani? Sollevatesi al nome Dittatorio le Gallie; nè minor fiamma può in Asia accendere il nome dell' avol Druso. Silla necessitoso, e perciò d' alto ardimento: simula inerzia per trovar luogo a temerità. Plauto, di grande opulenza, neppur fa mostra d' agognar ozio; ma d' emulare professa i romani antichi, assunta ancor l' arroganza e dottrina stoica, che turbolenti e brigatori sol crea.* Nè oltre indugiasi. Silla, in sei giorni giunti i sicarj a Marsiglia, prima che avviso o paura glie ne venisse, sedendo a mensa fu spento. La mozza testa ne dileggiò Nerone, come deforme di prematura canizie.

58. Non si potè così celare la morte apprestata

tum fuit, quia pluribus salus ejus curabatur; et spatium itineris ac maris tempusque interjectum moverat famam: vulgoque fingebant, petitum ab eo Corbulonem, *magnis tum exercitibus praesidentem, si clari atque insontes interficerentur, praecipuum ad pericula*. Quin et Asiam favore juvenis arma coepisse; nec milites, ad scelus missos, aut numero validos, aut animo promptos: postquam jussa efficere nequiverint, ad spes novas transisse. *Vana haec more famae, credentium otio augebantur. Ceterum libertus Plauti celeritate ventorum praevenit centurionem, et mandata L. Antistii, soceri adtulit*, effugeret segnem mortem; *otiosum suffugium: et magni nominis miseratione reperturum*, bonos, consociaturum audaces. Nullum interim subsidium adspernandum. Si sexaginta milites (tot enim adveniebant) propulisset; dum refertur nuntius Neroni, dum manus alia permeat, multa secutura, quae ad usque bellum evalescerent. Denique aut salutem tali consilio quaeri, aut nihil gravius audenti, quam ignavo, patiendum esse.

59. *Sed Plautum ea non movere. Sive nullam opem providebat inermis atque exul; seu taedio ambiguae spei; an amore conjugis et liberorum, quibus placabiliorem fore Principem rebatur, nulla sollicitudine turbatum. Sunt, qui* alios a socero nuntios venisse *ferant*, tamquam nihil atrox immineret; doctoresque sapientiae, Coeranum Graeci, Musonium Thusci generis, constantiam opperiendae mortis, pro incerta et trepida vita, suasis-

a Plauto; perocchè molti avean cura di sua salute; e il tratto di terra e mare ed il tempo occorso ne levò grido: e si spargeva nel volgo, *ch'ei si recasse a Corbulone allor capo di grandi eserciti, e primo a pericolare, se si uccidessero i nobili e gl'innocenti:* anzi, *che l'Asia s'era levata in armi in favor del giovane: che a' soldati, spediti ad assassinarlo, o mancò il numero, o il cuore: poichè non valsero a compier gli ordini, diedersi a nuove speranze.* Tali chimere, com'usa, ingrandiva l'ozio de' creduli. Un liberto però di Plauto, mercè de' venti, prevenne il centurione, e recogli le commissioni del suocero Lucio Antistio: *fuggisse codarda morte e scioperato ritiro: la compassion d'un gran nome ancora gli acquisterebbe i buoni, gli associerebbe gli audaci: nessun ajuto sprezzasse intanto: se respingesse sessant'armati (chè tanti a lui ne venivano) mentre ne va l'avviso a Nerone, mentre altra squadra s'avvia, sopravverrebbero cose di tanta forza da muover anco una guerra: in fine, o s'ha da tal partito salvezza, o a peggior fine, che la viltà, non lo trarrà l'ardimento.*

59. Ma Plauto tali consigli non mossero: o d'ogni ajuto, inerme ed esule, disperava; o per noja d'una speranza ambigua; o per amore della consorte e de' figli, a' quali credeva il Principe più placabile, da niun'angustia inasprato. V'ha chi *dal suocero* narra *inviati altri messi, quasi niuna atrocità sovrastassegli; e che i filosofi Cerano greco, Musonio etrusco gli persuadessero d'aspettar saldo la morte più tosto che menar vita*

se. *Repertus est certe, per medium diei, nudus, exercitando corpori. Talem eum Centurio trucidavit, coram Pelagone, spadone, quem Nero centurioni et manipulo, quasi satellitibus ministrum regium, praeposuerat. Caput interfecti relatum: cujus adspectu* (*ipsa Principis verba referam*) quin, *inquit*, Nero, deposito metu, nuptias Poppaeae, ob ejusmodi terrores dilatas, maturare parat, Octaviamque conjugem amoliri; quamvis modeste agat, et nomine patris, et studiis populi gravem? *Sed ad Senatum litteras misit, de caede Syllae Plautique haud confessus, verum* utriusque turbidum ingenium esse, et sibi incolumitatem Reip. magna cura haberi. *Decretae eo nomine* supplicationes, utque Sylla et Plautus Senatu moverentur, *gravioribus tamen ludibriis, quam malis.*

60. *Igitur accepto Patrum consulto, postquam cuncta scelerum suorum pro egregiis accipi videt, exturbat Octaviam*, sterilem *dictitans. Exin Poppaeae conjungitur. Ea diu pellex, et adulteri Neronis mox mariti potens, quendam ex ministris Octaviae impulit*, servilem ei amorem *objicere. Destinaturque reus, cognomento* Eucerus, *natione Alexandrinus, canere tibiis doctus, Actae ob id de ancillis quaestiones, et vi tormentorum victis quibusdam, ut falsa adnuerent, plures perstitere sanctitatem dominae tueri. Ex quibus una instanti Tigellino*, castiora esse muliebria Octaviae *respondit*, quam os ejus. *Movetur tamen primo, civilis discidii specie: domumque Burri, et praedia Plauti, infausta dona, accipit.*

tremante e incerta. Fu certo trovato ignudo di mezzo dì esercitar la persona; e tale dal centurione fu trucidato al cospetto di Pelagone eunuco, che diè Nerone per capo al centurione e alla squadra, quasi a'sicarj real ministro. Ne fu la testa portata al Principe, che al vederla (le stesse parole sue riferisco) disse, *perchè libero di paura or non s'accinge Nerone a compir le nozze da tali ceffi sin qui vietategli di Poppea? chè non discaccia la moglie Ottavia, benchè modesta, insoffribile e per il nome del Padre e pel favore del popolo?* Scrisse però al Senato, non confessando l'uccision di Silla e di Plauto, *ma ch'eran ambo d'indole turbolenta, e premeva a lui la salute della repubblica*. Furon per ciò decretate *pubbliche preci, e che Silla e Plauto togliessersi di Senato;* con beffe più gravi certo, che i mali.

60. Poich'egli dunque per tal decreto conobbe ogni sua scelleraggine a bella impresa recarsi, scaccia *siccome sterile*, Ottavia, ed a Poppea si marita. Costei, lungamente druda ed arbitra di Nerone adultero, poi marito, istiga un de'ministri di Ottavia, che *servil tresca* le apponga. E reo destinasi l'Alessandrino Eucèro, dotto a sonare di flauto. Si esaminarono di ciò le ancelle; e, vinte alcune dalla violenza della tortura a deporre il falso, le più costanti sostennero l'innocenza della padrona. Una di loro incalzata da Tigellino, risposegli; *ha la natura più casta Ottavia, che tu la bocca*. Pur fu rimossa da prima sotto color di civil divorzio, ed ebbesi, infausti doni, ed il palazzo di Burro ed i poderi di Plauto; fu in guardia poi de'soldati

Mox in Campaniam pulsa est, addita militari custodia. Inde crebri questus, nec occulti per vulgum: cui minor sapientia, et, ex mediocritate fortunae, pauciora pericula sunt. His Nero, haud quaquam poenitentia flagitii, conjugem revocavit Octaviam.

61. *Exin laeti Capitolium scandunt, Deosque tandem venerantur. Effigies Poppaeae proruunt: Octaviae imagines gestant humeris, spargunt floribus, foroque ac templis statuunt. Itur etiam in Principis laudes, expetitur venerantibus. Jamque et palatium multitudine et clamoribus complebant, cum emissi militum globi verberibus et intento ferro turbam disjecere. Mutataque, quae per seditionem verterant, et Poppaeae honos repositus est. Quae semper odio, tum et metu atrox, ne aut vulgi acrior vis ingrueret, aut Nero inclinatione populi mutaretur, provoluta genibus ejus;* Non eo loci res suas agi, ut de matrimonio certet (quamquam id sibi vita potius) sed vitam ipsam in extremum adductam a clientelis et servitiis Octaviae, quae plebis sibi nomen indiderint, ea in pace ausi, quae vix bello evenirent. Arma illa adversus Principem sumpta. Ducem tantum defuisse; qui, motis rebus, facile reperiretur. Omitteret modo Campaniam, et in urbem ipsam pergeret, ad cujus nutum absentis tumultus cierentur. Quod alioquin suum delictum? quam cujusquam offensionem? An quia veram progeniem Penatibus Caesarum datura sit, malle Populum Romanum tibicinis Aegyptii subolem imperatorio fastigio induci? Denique, si id rebus conducat, libens, quam coactus, acciret

cacciata nella Campania. Quindi ne corsero spesse doglianze, nè tacite, per il volgo, che meno ha senno, e per il vile suo stato rischia ancor meno. Queste, e non doglia di rea coscienza, mosser Nerone a ricongiungersi Ottavia.

61. Salgono allora festevoli al Campidoglio, e alfin gli Dii ne ringraziano. Le statue atterrano di Poppea; in sulle spalle recansi quelle di Ottavia; l'ornan di fiori; e nel Foro e per i tempj le pongono. Gridano ancor lodi al Principe; corrono a venerarlo. E già il palazzo di moltitudine e di clamori riempivano, allorchè usciron soldati, ed a colpi e coll'aste in resta la sedizione dispersero. E fu cangiato quant'ebbero con il tumulto stravolto, e resa ogni onoranza a Poppea. La quale, sempre feroce d'odio, allora ancor di paura, chè o maggior furia di volgo non s'accendesse, o non piegasse Nerone all'inclinazione del popolo, gittataglisi a'ginocchi, *non a tal sono le cose mie*, gli disse, *che il matrimonio io ti chieggia benchè più caro a me della vita, ma la mia vita medesima si minaccia da' partigiani e servi di Ottavia, che preser nome di plebe, osando in pace ciò che appena avverrebbe in guerra. Quell' armi contro del Principe si brandirono: mancaron solo d'un capo, che sarà pronto nello scompiglio. Basta che tolgasi di Campania, e affrettisi a Roma stessa colei, che assente desta a suo grado i tumulti. E qual è poi il mio delitto? Chi mai da me si oltraggiò? E, perchè son per dare vera progenie alla famiglia de' Cesari, il popol romano vorrà più*

dominam, vel consuleret securitati justa ultione. Et modicis remediis primos motus consedisse: at, si desperent uxorem Neronis fore Octaviam, illi maritum daturos.

62. *Varius sermo, et ad metum atque iram accommodatus, terruit simul audientem et accendit. Sed parum valebat suspicio in servo, et quaestionibus ancillarum elusa erat. Ergo confessionem alicujus quaeri placet, cui rerum quoque novarum crimen adfingeretur. Et visus idoneus maternae necis patrator, Anicetus, classi apud Misenum, ut memoravi, praefectus, levi post admissum scelus gratia, dein graviore odio: quia malorum facinorum ministri quasi exprobrantes adspiciuntur. Igitur accitum eum Caesar* operae prioris *admonet:* solum incolumitati Principis adversus insidiantem matrem subvenisse: locum haud minoris gratiae instare, si conjugem infensam depelleret. Nec manu aut telo opus. Fateretur Octaviae adulterium. Occulta quidem ad praesens, sed magna ei praemia, et secessus amoenos *promittit;* vel, si negavisset, necem *intentat. Ille insita vecordia, et facilitate priorum flagitiorum, plura etiam, quam jussum erat, fingit, fateturque apud amicos, quos velut consilio adhibuerat Princeps. Tum in Sardiniam pellitur, ubi non inops exilium toleravit; et fato obiit.*

63. *At Nero*, Praefectum in spem sociandae

tosto che all'imperial grandezza s' inalzi il germe d'un suonatore Egiziano? Alfine, se ciò pur giova allo stato, libero, e non costretto, la tua padrona richiama, o te assicura con una giusta vendetta. Con poco il furor primo si spense; ma se disperino vederti Ottavia consorte, daranno ad essa un marito.

62. L'ambiguo ragionamento, ed atto a destar ira e paura, sbigottì il Principe e l'infiammò. Ma il sospetto, poco valea dello schiavo; e lo smentirono infra' tormenti le ancelle. Piacque cercare adunque l'attestazione di un uomo, cui s'apponesse delitto ancora di novità. E parve idoneo l'operatore della materna uccisione, Aniceto, prefetto, come narrai, dell'armata presso Miseno, cui scemò grazia, poi crebbe odio il misfatto; poichè i ministri di empj attentati guardansi come rimproveri. Cesare dunque chiamatolo, la prima impresa ricordagli, *lui solo averlo soccorso contro le insidie materne, offrirsi campo di maggior grazia, se scacci moglie abborrita: nè abbisognar mano o ferro: d'Ottavia adultero si confessi*. E gli promette *premj segreti all'istante, ma poi magnifici, e ville amene; o morte, ove ricusi*, minacciagli. Egli per naturale perversità, e per abito alle ribalderie, mentisce più che non gli era imposto, e confessalo innanzi ad amici uniti come a consiglio del Principe. Cacciasi allora in Sardegna, dove tollerò esilio non povero, e di sua morte morì.

63. Ma Nerone dichiara con un Editto, *che se-*

classis corruptum, *et incusatae paulo ante* sterilitatis *oblitus*, abactos partus conscientia libidinum, eaque sibi comperta, *edicto memorat: insulaque Pandataria Octaviam claudit. Non alia exul visentium oculos majore misericordia adfecit. Meminerant adhuc quidam Agrippinae, a Tiberio; recentior Juliae memoria obversabatur, a Claudio pulsae. Sed illis robur aetatis adfuerat: laeta aliqua viderant, et praesentem saevitiam melioris olim fortunae recordatione adlevabant. Huic primus nuptiarum dies loco funeris fuit, deductae in domum, in qua nihil nisi luctuosum haberet, erepto per venenum patre, et statim fratre: tum ancilla domina validior: et Poppaea non nisi in perniciem uxoris nupta: postremo crimen omni exitio gravius.*

64. *Ac puella, vicesimo aetatis anno, inter centuriones et milites, praesagio malorum jam vita exempta, nondum tamen morte acquiescebat. Paucis dehinc interjectis diebus, mori jubetur: cum jam* viduam se et tantum sororem *testaretur, communesque* Germanicos *et postremo* Agrippinae *nomen cieret*, qua incolumi, infelix quidem matrimonium, sed sine exitio, pertulisset. *Restringitur vinculis, venaeque ejus per omnes artus exolvuntur: et, quia pressus pavore sanguis tardius labebatur, praefervidi balnei vapore enecatur. Additurque atrocior saevitia, quod caput amputatum, latumque in urbem, Poppaea vidit. Dona ob haec templis decreta. Quod ad eum finem memoravimus, ut, quicumque casus*

dusse Ottavia il prefetto per guadagnarsi l'armata e (dimentico della dianzi incolpatane sterilità) *sconciossi per la vergogna di sue libidini; tutto da lui chiaritosi:* e chiude Ottavia nell' Isola Pandateria. Niun' altra esule commosse a maggior pietà gli occhi de' riguardanti. Taluni ancor d' Agrippina si ricordavano, cacciata già da Tiberio; più fresca la memoria di Giulia si presentava, espulsa da Claudio. Ma quelle nel vigor erano dell' età: qualche allegrezza gustarono; e la crudeltà presente alleviavano con la memoria di già migliore fortuna. A questa il primo giorno nuziale fu giorno funebre; entrò in una casa, ove ogni cosa era lutto; il padre, e tosto il fratello le si rapì di veleno; quindi un' ancella prevalse sulla padrona; nè fu sposata Poppea che a rovinare la moglie: calunnia in fine più barbara d' ogni morte.

64. E questa giovane, d' anni venti, fra centurioni e soldati, per il presagio de' mali già fuor di vita, non però ancor nella morte si riposava. Quindi pochi dì scorsi di morir le s' impone; benchè *già vedova, e solamente sorella* si protestasse, ed i comuni *Germanici e il nome* in fine *di Agrippina* invocasse, *viva la quale, moglie infelice, ma senza scempio pur visse.* Di ferri aggravasi, e le si squarciano per ogni membro le vene, e perchè il sangue agghiacciato dalla paura sgorgava a stento, col vampo d' un bagno ardente soffocasi. E crudeltà più atroce si aggiugne, che videne il capo mozzo, recato a Roma, Poppea. Per tali cose decretansi doni a' templi. Lo che a tal fine rammemorammo, acciò chiunque da noi o da altri ap-

temporum illorum, nobis vel aliis auctoribus, noscent, praesumptum habeant, quotiens fugas et caedes jussit Princeps, totiens grates Deis actas, quaeque rerum secundarum olim, tum publicae cladis insignia fuisse. Neque tamen silebimus, si quod Senatusconsultum adulatione novum, aut patientia postremum fuit.

65. *Eodem anno libertorum potissimos veneno interfecisse creditus est; Doryphorum, quasi adversatum nuptiis Poppaeae; Pallantem, quod immensam pecuniam longa senecta detineret. Romanus secretis criminationibus incusaverat Senecam, ut C. Pisonis socium; sed validius a Seneca eodem crimine perculsus est. Unde Pisoni timor, et orta insidiarum in Neronem magna moles, sed improspera.*

prenda di quella età le vicende, sia prevenuto, che quante volte il Principe esilj ed uccisioni ordinò, tante volte si ringraziaron gli Dei: e quelli, ch'erano segni una volta di cose prospere, furon segnali allora di strage pubblica. Non taceremo però s'altro decreto vi fu de' Padri o per adulazione insolito, o per viltà segnalato.

65. L'anno medesimo si credette, che di veleno spegnesse i principali liberti; Doriforo quasi alle nozze di Poppea s'opponesse; Pallante, perchè tardavagli ricchezze immense con la sua lunga vecchiaja. Romano avea con querele occulte investito Seneca, come complice di Cajo Pisone; ma fu più fortemente da Seneca della stessa imputazione aggravato: lo che spaventò Pisone, e mosse contra Nerone congiura orribile, ma infelice.

C. CORNELII
TACITI
ANNALIUM

LIBER DECIMUS QUINTUS

1. *Interea Rex Parthorum Vologeses, cognitis Corbulonis rebus, Regemque alienigenam Tigranem Armeniae impositum: simul, fratre Tiridate pulso, spretum Arsacidarum fastigium ire ultum volens; magnitudine rursum Romana, et continui foederis reverentia, diversas ad curas trahebatur: cunctator ingenio; et defectione Hyrcanorum, gentis validae, multisque ex eo bellis inligatus. Atque illum ambiguum novus insuper nuntius contumeliae extimulat: quippe egressus Armenia Tigranes Adiabenos, conterminam nationem, latius ac diutius, quam per latrocinia, vastaverat. Idque primores gentium aegre tolerabant:* eo contemptionis descensum, ut ne duce quidem Romano incursarentur, sed temeritate obsidis, tot per annos inter mancipia habiti. *Accendebat dolorem eorum Monobazus, quem penes Adiabenum regimen*, quod praesidium, aut unde peteret? *rogitans*. Jam de Armenia concessum: proxima trahi, nisi defendant Parthi: levius

ANNALI

DI

C. CORNELIO TACITO

LIBRO QUINDICESIMO

I. Frattanto de' Parti il re, Vologese, sapute le imprese di Corbulone, e la signorìa d'Armenia data a Tigrane straniero; e volendo per il fratel Tiridate espulsone vendicare la vilipesa maestà degli Arsacidi; era ad altri pensieri tratto dalla grandezza romana, e dal rispetto della continua alleanza: indugiatore per indole, ed in più guerre per la ribellion degl'Ircani, nazion possente, intrigato. E mentre in questi pensieri ondeggia, l'annunzio d'un nuovo scorno l'infiamma: perocchè, uscito d'Armenia, s'era Tigrane gittato su' confinanti Adiabeni con maggior guasto e più lungo, che per solo ladroneggiare. E ciò crucciava i primati della nazione: *in tal disprezzo caduti*, *che non già un capitano romano*, *ma la temerità d'un ostaggio*, *tenuto tant'anni schiavo*, *li malmenasse*. Inferocivane Monobaze, governatore degli Adiabeni, il dolore, *quale*, chiedendo, *e donde implorar soccorso? di già spacciata l'Armenia; perduti ancora i vicini*, *senza l'ajuto de' Parti : men aspro giogo*

servitium apud Romanos deditis, quam captis, esse. *Tiridates quoque regni profugus, per silentium haud modice querendo, gravior erat.* Non enim ignavia magna imperia contineri: virorum armorumque faciendum certamen. Id in summa fortuna aequius, quod validius. Et sua retinere privatae domus: de alienis certare, regiam laudem esse.

2. *Igitur commotus his Vologeses concilium vocat, et proximum sibi Tiridaten constituit, atque ita orditur:* Hunc ego, eodem mecum patre genitum, cum mihi, per aetatem, summo nomine concessisset, in possessionem Armeniae deduxi; qui tertius potentiae gradus habetur. Nam Medos Pacorus ante ceperat. Videbarque, contra vetera fratrum odia et certamina, familiae nostrae penates rite composuisse. Prohibent Romani; et pacem, ipsis numquam prospere lacessitam, nunc quoque in exitium suum abrumpunt. Non ibo inficias: aequitate, quam sanguine, caussa quam armis, retinere parta majoribus malueram. Si cunctatione deliqui, virtute corrigam. Vestra quidem vis et gloria in integro est, additae modestiae fama; quae neque summis mortalium spernenda est, et a Diis aestimatur. *Simul diademate caput Tiridatis evinxit; promptam equitum manum, quae regem ex more sectatur, Monesi, nobili viro, tradidit, adjectis Adiabenorum auxiliis: mandavitque*, Tigranen Armenia exturbari, dum ipse, positis adversus Hyrcanos discordiis, vires intimas, molemque belli ciet, *provinciis Romanis minitans.*

da Roma agli arresi imporsi che a' vinti. Tiridate, profugo ancora dal regno con un silenzio più fiero d'ogni doglianza lo trafiggeva: *chè i grandi imperj con la viltà non conservansi, doversi cimentar uomini ed armi. Forza, è ragione di re: e conservare il proprio, è di privata famiglia; contendere dell' altrui, regal pregio*.

2. Spronato dunque da tali stimoli Vologese aduna i grandi a consiglio, e a lato postosi Tiridate così parlò: *Io costui, nato meco d'un padre stesso, avendo a me per età la ragion sovrana ceduto, posi in signoria dell' Armenia, che s'ha per il terzo seggio della grandezza Arsacida; perocchè i Medi già si teneva Pacoro: e mi parea d'avere contro le usate insidie e rivalità de' fratelli bene ordinato lo stato della famiglia. Roma nol soffre; e la pace, da lei non mai prosperamente tentata, or anche a sua ruina ella infrange. Nol niegherò: volea più tosto con l' equità che col sangue, con la ragione più che con l'armi, serbar gli aviti retaggi. Se con l'indugio mancai, con il valore mi riavrò. La forza e la gloria vostra son certo intere: il grido anche di moderazione le accrebbe, la quale da' sommi uomini non dee spregiarsi, ed è pur grata agl' Iddii*. Cinse insieme di real benda la fronte di Tiridate: fidò a Monese, nobile uomo, una squadra animosa di cavalieri, usa a scortare il re, rinforzatola di Adiabeni: e comandò di scacciar Tigrane d'Armenia, mentr'ei, sospese l'ire contro gl'Ircani, desta le interne forze, e piomba con guerra orrenda su le provincie romane.

3. *Quae ubi Corbuloni certis nuntiis audita sunt, legiones duas cum Verulano Severo, et Vettio Bolano, subsidium Tigrani mittit, occulto praecepto*, compositius cuncta, quam festinantius, agerent: *quippe bellum habere, quam gerere malebat. Scripseratque Caesari*, proprio duce opus esse, qui Armeniam defenderet: Syriam, ingruente Vologese, acriore in discrimine esse. *Atque interim reliquas legiones pro ripa Euphratis locat: tumultuariam provincialium manum armat: hostiles ingressus praesidiis intercipit. Et, quia egena aquarum regio est, castella fontibus imposita: quosdam rivos congestu arenae abdidit.*

4. *Ea dum a Corbulone tuendae Syriae parantur, acto raptim agmine Moneses, ut famam sui praeiret, non ideo nescium aut incautum Tigranen offendit. Occupaverat Tigranocerta, urbem copia defensorum et magnitudine moenium validam. Ad haec Nicephorius, amnis haud spernenda latitudine, partem murorum ambit, et ducta ingens fossa, qua fluvio diffidebatur. Inerantque milites, et provisi ante commeatus: quorum subvectu pauci, avidius progressi, et repentinis hostibus circumventi, ira magis, quam metu, ceteros accenderant. Sed Partho ad exequendas obsidiones nulla cominus audacia raris sagittis neque clausos exterret, et semet frustratur. Adiabeni, cum promovere scalas et machinamenta inciperent, facile detrusi, mox, erumpentibus nostris, caeduntur.*

5. *Corbulo tamen, quamvis secundis rebus*

3. Se n'ebbe appena sicuro avviso da Corbulone, che rafforzò Tigrane di due legioni condotte da Verulano Severo e Vezio Bolano, con istruzione segreta *di operar tutto con maggior senno che ardore*, amando più sostenere che muover guerra. Ed avea scritto a Cesare: *abbisognar l'Armenia di un capitano proprio, che la guardasse: esser la Siria in maggior pericolo per le furie di Vologese.* E intanto imposta lungo l'Eufrate il resto delle legioni: arma a tumulto una frotta di provinciali: serra di guardie ogni adito all'inimico. E perchè povero d'acque è il paese, pon forti sopra le fonti, e ricopre alcuni rivi di arena.

4. Mentre a difendere la Siria tai cose apprestansi da Corbulone, mosse Monese le squadre in furia, perchè romore nol precorresse: non perciò coglie nuovo e sprovisto Tigrane. Aveva preso Tigranocerta, città per numero di difensori, e per grandezza di mura poderosissima. Oltracciò parte delle sue mura il Niceforio cingeva, fiume d'ampiezza non ispregevole, ed, ove mancava il fiume, gran fosso la fronteggiava. Ed era piena di soldati e di viveri già provisti, nel cui trasporto alcuni con molto ardore avanzatisi, e colti improvisamente dagl'inimici, avevan gli altri più ad ira, che di paura infiammati. Ma manca d'animo il Parto nel farsi a stringer gli assedj: con lo scagliar poche frecce non atterrisce i rinchiusi, e sè medesimo inganna. Gli Adiabeni, nel muovere scale e macchine, agevolmente furono rovesciati, poi trucidati da un'irruzione de' nostri.

5. Corbulone però, pensando usare modesta-

suis, *moderandum fortunae ratus*, *misit ad Vologesen*, *qui expostularent* vim provinciae inlatam: socium amicumque regem cohortes Romanas circumsidere. Omitteret potius obsidionem, aut se quoque in agro hostili castra positurum. *Casperius*, *Centurio*, *in eam legationem delectus*, *apud oppidum Nisibin*, *septem et triginta millibus passuum a Tigranocerta distantem*, *adit regem*, *et mandata ferociter edidit*. *Vologesi vetus et penitus infixum erat*, *arma Romana vitandi: nec praesentia prospere fluebant*. *Irritum obsidium: tutus manu et copiis Tigranes: fugati*, *qui expugnationem sumpserant: missae in Armeniam legiones: et aliae pro Syria*, *paratae ultro inrumpere: sibi imbecillum equitem pabuli inopia*. *Nam exorta vis locustarum ambederat, quidquid herbidum aut frondosum*. *Igitur*, *metu abstruso*, *mitiora obtendens*, missurum ad Imperatorem Romanum legatos, super petenda Armenia et firmanda pace, *respondet*. *Monesen* omittere Tigranocerta *jubet; ipse retro concedit*.

6. *Haec plures, ut* formidine regis et Corbulonis minis patrata, magnifice *extollebant*. *Alii*, occulte pepigisse, *interpretabantur;* ut, omisso utrimque bello et abeunte Vologese, Tigranes quoque Armenia abscederet. Cur enim exercitum Romanum a Tigranocertis deductum? cur deserta per otium, quae bello defenderant? An melius hibernavisse in extrema Cappadocia, raptim erectis tuguriis, quam in sede regni modo retenti? Dilata prorsus arma, ut Vologeses cum alio, quam cum Corbulone, certaret: Corbulo meritae tot per annos gloriae non

mente, benchè arridessegli, la fortuna, a Vologese inviò messaggi, che si dolessero *della sforzata provincia: che un re alleato ed amico assedj squadre romane: sgombrasse tosto l'assedio, o anch'egli in terra nemica s'accamperebbe*. Il centurione Casperio, trascelto a tale ambasciata nella città di Nisibi, trentasette miglia distante da Tigranocerta, al re presentossi, ed espose ferocemente l'incarico. Era di Vologese antico e fermo consiglio evitar l'armi romane; nè gli correvan le cose prosperamente: vano l'assedio: Tigrane forte di truppe e di viveri: rotto e fugato l'assalto: mandate legioni in Armenia ed altre pronte ad assaltare la Siria: spossati i cavalli suoi per disagio di pascimento; perchè un nembo orribile di locuste ogni erba e fronda corrose. Premendo dunque il timore, ed affettando docilità, risponde *che spedirebbe all'Imperadore Romano per domandare l'Armenia, e fermar la pace*. Impone a Monese di abbandonare Tigranocerta; ei ritirasi.

6. Molti siffatte cose, *come per lo spavento del re e le minacce di Corbulone operate*, altamente magnificavano. Argomentavano altri, *segretamente accordatisi*, *che cessando ambedue la guerra*, e *partendosi Vologese*, *uscisse d'Armenia Tigrane*. *Perchè a qual fine trarre le truppe romane di Tigranocerta? Perchè lasciar nella pace quanto sostennesi con la guerra? O svernerebbe meglio nell'estremità della Cappadocia*, *in tugurj subitamente inalzati*, *che nella sede d'un regno or or conservato*. *La guerra certo si differì*, *per-*

ultra periculum faceret. *Nam, ut retuli, proprium ducem tuendae Armeniae poposcerat, et adventare Cesennius Paetus audiebatur: jamque aderat, copiis ita divisis, ut quarta et duodecima legiones, addita quinta, quae recens e Moesis excita erat, simul Pontica, et Galatarum Cappadocumque auxilia Paeto obedirent: tertia et sexta et decima legiones, priorque Syriae miles, apud Corbulonem manerent. Cetera ex rerum usu sociarent, partirenturve. Sed neque Corbulo aemuli patiens; et Paetus, cui satis ad gloriam erat, si proximus haberetur, despicebat gesta,* nihil caedis, aut praedae, usurpatas nomine tenus urbium expugnationes *dictitans:* se tributa ac leges, et, pro umbra regis, Romanum jus victis impositurum.

7. *Sub idem tempus legati Vologesis, quos ad Principem missos memoravi, revertere irriti: bellumque propalam sumptum a Parthis. Nec Paetus detrectavit, sed duabus legionibus, quarum quartam Funisulanus Vettonianus eo in tempore, duodecimam Calavius Sabinus, regebant, Armeniam intrat, tristi omine. Nam in transgressu Euphratis, quem ponte transmittebat, nulla palam caussa, turbatus equus, qui consularia insignia gestabat, retro evasit. Hostiaque, quae muniebantur, hibernaculis adsistens, semifacta opera fuga perrupit, seque vallo extulit. Et pila militum arsere, magis insigni prodigio, quia Parthus hostis missilibus telis decertat.*

chè combatta Vologese con altri, che con Corbulone; nè più cimenti Corbulone una gloria per cotant' anni acquistata. Perchè avea chiesto, come ho narrato, un capitano proprio a guardar l'Armenia; e già s'udiva recarvisi Cesennio Peto, il qual giunto così le truppe spartironsi, che la legione quarta e duodecima con la quinta, testè levata di Mesia, insieme agli ajuti di Cappadocia, Galazia, e Ponto obbedissero a Peto; la decima, terza, e sesta, e i soldati antichi di Siria restassero a Corbulone: all'uopo unissero o dividessero il resto. Ma nè Corbulone soffriva competitore; e Peto, a cui doveva bastare il merito di secondo, le imprese ne dileggiava, *niuna*, dicendo, *operatasi strage o preda: città, solo di nome espugnate: ben egli a' vinti leggi, tributi, e per un' ombra di re il roman giogo imporrebbe*.

7. In sullo stesso tempo i Legati di Vologese, diretti al Principe, com'io dissi, delusi si ritornarono: e i Parti mossero apertamente la guerra. Nè Peto la rifiutò: ma con due legioni, la quarta da Funisolano Vettoniano allor governata, la dodicesima da Calavio Sabino, entra in Armenia, con infelice presagio. Poichè nel varcar l'Eufrate, ch'ei traghettava in sul ponte, il cavallo, che ne portava i consolari ornamenti, senza cagion palese adombratosi, corse indietro. Ed una vittima, posta presso a' quartieri che s'afforzavano, ruppe fuggendo l'opera a mezzo, e lanciossi fuori della trincea: ed i lanciotti arsero de' soldati, con più notevol prodigio, perchè il Parto nemico con saettume combatte.

8. *Ceterum Paetus, spretis ominibus, nec dum satis firmatis hibernaculis, nullo rei frumentariae provisu, rapit exercitum trans montem Taurum*, reciperandis, *ut ferebat*, Tigranocertis, vastandisque regionibus, quas Corbulo integras omisisset. *Et capta quaedam castella: gloriaeque et praedae nonnihil partum, si aut gloriam cum modo, aut praedam cum cura, habuisset. Longinquis itineribus percursando quae obtineri nequibant; corrupto, qui captus erat, commeatu, et instante jam hyeme, reduxit exercitum; composuitque ad Caesarem litteras, quasi confecto bello, verbis magnificis, rerum vacuas.*

9. *Interim Corbulo nunquam neglectam Euphratis ripam crebrioribus praesidiis insedit: et ne ponti injiciendo impedimentum hostiles turmae, adferrent, (jam enim subjectis campis magna specie volitabant) naves magnitudine praestantes et connexas trabibus, ac turribus auctas, agit per amnem, catapultisque et balistis proturbat Barbaros: in quos saxa et hastae longius permeabant, quam ut contrario sagittarum jactu adaequarentur. Dein pons continuatus; collesque adversi per socias cohortes, post legionum castris occupantur; tanta celeritate et ostentatione virium, ut Parthi, omisso paratu invadendae Syriae, spem omnem in Armeniam verterent.*

10. *Ibi Paetus, imminentium nescius, quintam legionem procul in Ponto habebat; reliquas promiscuis militum commeatibus infirmaverat; donec adventare Vologesen magno et infenso*

8. Ma disprezzati Peto gli augurj, nè rinforzati abbastanza pure i quartieri nulla provisto di viveri, sprona oltr'al Tauro l'esercito *per racquistare*, come spacciava, *Tigranocerta*, *e devastare il paese lasciato intatto da Corbulone*. E alcune rocche espugnò; nè si tornava digiuno di gloria e preda, se con modestia la gloria, o la preda con diligenza guardava. Col corseggiare paesi vasti a ritenersi impossibili, guasti i predati viveri, ed incalzando già il verno, l'esercito ricondusse; e con parole magnifiche scrisse a Cesare, quasi compiuta la guerra, lettere vote d'imprese.

9. Intanto occupa Corbulone con maggior forza la riva non trascurata mai dell'Eufrate: e acciò l'ostile cavallerìa, che i sottoposti campi già baldanzosa scorreva, non gl'impedisse gittare un ponte, spinge pel fiume navi grandissime, incatenate di travi, e rinforzate di torri: con le baliste e le catapulte travaglia i barbari, su cui piovean aste e sassi di più lontano, che mai potesse dal saettare degl'inimici adeguarsi. Fu quindi compiuto il ponte: e prendonsi gli opposti colli dalle coorti alleate, poi da'quartieri delle legioni, con tanta celerità e ostentazione di forze, che i Parti, toltisi dal minacciare la Siria, tutte le forze drizzarono sull'Armenia.

10. Là Peto, ignorando quanto gli soprastava, teneva lungi nel Ponto la legion quinta: avea snervate l'altre con indistinti congedi: quando s'udì venire con forze grandi e terribili Vologese. Chia-

agmine auditum. Accitur legio duodecima, et, unde famam aucti exercitus sperat, prodita infrequentia: qua tamen retineri castra, et eludi Parthus tractu belli poterat, si Paeto aut in suis, aut in alienis consiliis, constantia fuisset. Verum, ubi a viris militaribus adversus urgentes casus firmatus erat, rursus, ne alienae sententiae indigens videretur, in diversa ac deteriora transibat. Et tunc, relictis hibernis, non fossam neque vallum sibi, sed corpora et arma in hostem data, *clamitans, duxit legiones, quasi proelio certaturus. Deinde, amisso centurione et paucis militibus, quos visendis hostium copiis praemiserat, trepidus remeavit. Et quia minus acriter Vologeses institerat, vana rursus fiducia, tria millia delecti peditis proximo Tauri jugo imposuit, quo transitum regis arcerent: alares quoque Pannonios, robur equitatus, in parte campi locat. Conjunx ac filius castello, cui Arsamosata nomen est, abditi, data in praesidium cohorte, ac disperso milite, qui, in uno habitus, vagum hostem promptius sustentavisset. Aegre compulsum ferunt, ut instantem Corbuloni fateretur. Nec a Corbulone properatum, quo, gliscentibus periculis, etiam subsidii laus augeretur.* Expediri *tamen* itineri singula millia ex tribus legionibus, et alarios octingentos, parem numerum e cohortibus, *jussit.*

11. *At Vologeses, quamvis,* obsessa a Paeto itinera, hinc peditatu, inde equite, *accepisset, nihil mutato consilio, sed vi ac minis alares exterruit, legionarios obtrivit, uno tantum Centurio-*

masi la legione duodecima; e questa, ond' egli fama sperava di rinforzato esercito, la debolezza ne dimostrò. Con la qual pure poteasi tenere il campo, e schernire il Parto temporeggiando, se Peto avesse ne' suoi o altrui consigli durato. Ma quando prodi guerrieri ne'casi urgenti lo rinfrancavano, egli allora, per non parer bisognoso d'altrui consiglio, ad altro e peggior partito appigliavasi. E allora, lasciato il campo, *non fosso e non trincea*, schiamazzando, *ma corpi ed arme a lui date contro il nemico*, mosse, quasi già per combattere, le legioni. Quindi, perduto un centurione e pochi soldati, mossi ad esplorar gl' inimici, si ritirò sbigottito. E perchè men vivamente premevalo Vologese, ripresa vana fidanza pone sulla vicina vetta del Tauro tremila scelti pedoni, onde chiudere il passo al re: colloca ancor le torme Pannoniche, nervo della cavalleria, in una parte della campagna. Rinchiuse la moglie e il figlio nella fortezza di Arsamosata con la guardia d' una coorte; sbandando così le forze, che unite avrebbero sostenuto più vivamente un vagabondo inimico. Dicono che a malincuore e'fu tratto a confessare il pericolo a Corbulone; e Corbulone non si affrettò, perchè crescendo i pericoli, crescesse anche il merito del soccorso. Pure ordinò, *che a marciare si disponessero mille d' ogni legione, ed ottocento cavalli con egual numero di ausiliari*.

11. Ma Vologese, quantunque udisse ogni via, di qua co' fanti, di là co' cavalli, chiusa da Peto, non si mutò di consiglio; ma con la forza e con le minacce cacciò i cavalli, fracassò i legionari, solo

ne Tarquitio Crescente turrim, in qua praesidium agitabat, defendere auso: facta saepius eruptione, et caesis qui Barbarorum propius suggrediebantur, donec ignium jactu circumveniretur. Peditum si quis integer, longinqua et avia; vulnerati, castra repetivere: virtutem regis, saevitiam et copias gentium, *cuncta metu extollentes, facili credulitate eorum, qui eadem pavebant. Ne dux quidem obniti adversis, sed cuncta militiae munia deseruerat, missis iterum ad Corbulonem precibus,* veniret propere, signa et aquilas et nomen reliquum infelicis exercitus tueretur: se fidem interim, donec vita suppeditet, retenturos.

12. *Ille interritus, et parte copiarum apud Syriam relicta, ut munimenta Euphrati imposita retinerentur; qua proximum et commeatibus non egenum regionem Commagenam, exin Cappadociam, inde Armenios petivit. Comitabantur exercitum, praeter alia sueta bello, magna vis camelorum onusta frumenti, ut simul hostem famemque depelleret. Primum e perculsis Pactium, primipili centurionem, obvium habuit, dein plerosque militum: quos, diversas fugae caussas obtendentes,* redire ad signa, et clementiam Paeti experiri *monebat*, se nisi victoribus immitem esse. *Simul suas legiones adire, hortari*, priorum *admonere*, novam gloriam *ostendere:* non vicos aut oppida Armeniorum, sed castra Romana, duasque in iis legiones pretium laborispeti. Si singulis manipularibus praecipua servati civis corona Imperatoria manu tribueretur; quod

attentatosi il centurione Tarquizio di sostener la torre affidatagli, sortendo spesso con impeto, e trucidato qual s'appressasse de' barbari, finchè da' fuochi lanciatigli avviluppato soggiacque. Se v'ebbe fante non tocco, per vie non use e lontane si dileguò: tornaronsi i feriti a' quartieri, il valor del re, la ferocia e il numero de' nemici per paura magnificando, tosto creduti da quanti le stesse cose temevano. Nè il capitano stesso alle avversità s'opponeva; ma tutte aveva lasciate le militari incombenze continuando a supplicar Corbulone *che accelerasse: le insegne, e l'aquile, e il nome, unico avanzo d'un infelice esercito difendesse: mentr' egli, finchè avrà vita, terrassi in fede.*

12. Egli imperterrito, lasciata parte dell'armi in Siria, onde affidare i forti sopra l'Eufrate, per la più corta via, nè povera di vettovaglie, a' Comageni, poscia a' Cappadoci, indi agli Armeni passò. Accompagnava l'esercito, oltre il solito guerresco arredo, gran quantità di cammelli, carichi di frumento, per ripulsare insieme l'inimico e la fame. Primo degli abbattuti a scontrarlo fu Pazio centurion primopilo, appresso molti soldati; ed egli, coprendo essi la fuga di varie scuse, ammonivagli *di ritornare alle insegne, e far pruova della clemenza di Peto, ch'egli non era se non co' vincitori placabile.* Visita insieme le sue legioni, le anima, ricorda loro l'antica, e infiammale a nuova gloria: *non borghi, o terre di Armenia, ma un campo romano e due legioni rinchiusevi, essere il premio de' lor travagli. Se ad ogni fante per mano del capitano si dà corona onorevole d'un citta-*

illud et quantum decus, ubi par eorum numerus apisceretur, qui adtulissent salutem, et qui accepissent? *His atque talibus in commune alacres*, (*et erant quos pericula fratrum aut propinquorum propriis stimulis incenderent*) *continuum diu noctuque iter properabant*.

13. *Eoque intentius Vologeses premere obsessos, modo vallum legionum, modo castellum, quo imbellis aetas defendebatur, adpugnare, propius incedens, quam mos Parthis, si ea temeritate hostem in proelium eliceret. At illi vix contuberniis extracti; nec aliud quam munimenta propugnabant: pars jussu ducis, et alii propria ignavia, aut Corbulonem opperientes, ac, si vis ingrueret, provisis exemplis Caudinae ac Numantinae cladis:* neque eandem vim Samnitibus, Italico Populo, aut Hispanis, aut Poenis, Romani imperii aemulis. Validam quoque et laudatam antiquitatem, quotiens Fortuna contra daret, saluti consuluisse. *Qua desperatione exercitus dux subactus, primas tamen litteras ad Vologesen, non supplices, sed in modum querentis composuit*, quod pro Armeniis, semper Romanae ditionis, aut subjectis Regi, quem Imperator delegisset, hostilia faceret. Pacem ex aequo utilem. Nec praesentia tantum spectaret. Ipsum adversus duas legiones, totis regni viribus advenisse: at Romanis orbem terrarum reliquum, quo bellum juvarent.

14. *Ad ea Vologeses, nihil pro caussa, sed* opperiendos sibi fratres Pacorum ac Tiridaten, *rescripsit:* illum locum tempusque consilio destina-

dino salvato, qual gloria e quanta sarebbe quella, ove fosse di liberati e di liberatori egual numero? Per questi e simili detti d'un comune ardore animati (e v'eran tali, cui de' fratelli e de' congiunti i pericoli privati sproni aggiungevano) dì e notte marciano senza posa.

13. E tanto più Vologese stringea con furia l'assedio: or lo steccato delle legioni, ora il castello attaccava, ove l'imbelle età difendevasi, approssimandosi più che non usano i Parti, se mai potesse con tale temerità trarne il nemico a combattere. Ma quelli appena staccavansi dalle tende, nè difendevano che i ripari; parte per ordine del capitano, altri per propria viltà o che Corbulone aspettassero; e se la forza incalzasse, pronti a giustificarsi con la Caudina e Numantina sconfitta: *non i Sanniti, nazione Italica, nè gl' Ispani s' ebber la stessa forza, o i Cartaginesi, emoli dell' imperio romano. I valorosi ancora e lodati antichi alla salvezza providero nella maligna fortuna.* Il capitano, sforzato da tanta disperazion dell'esercito, scrisse pure la prima lettera a Vologese, non supplichevole, ma in forma di querelarsi: *che ostilità commettesse contro gli Armeni, sempre soggetti a Roma o a re da Cesare eletto. Utile ad ambi la pace: nè sol guardasse al presente: esso avventatosi a due legioni con tutto il nervo del regno; ma a rinnovar la guerra restare il mondo a' romani.*

14. Nulla a proposito rispose a ciò Vologese, ma che i fratelli Pacoro e Tiridate aspettava: *aver essi quel tempo e luogo fissato a deliberar dell' Ar-*

tum, quid de Armenia cernerent. Adjecisse Deos dignum Arsacidarum, simul et de legionibus Romanis statuerent. *Missi post a Paeto nuntii*, *et* regis colloquium *petitum*, *qui* Vasacen, praefectum equitatus, ire *jussit*. *Tum Paetus*, Lucullos, Pompejos, et si qua Caesares obtinendae donandaeve Armeniae egerant; *Vasaces*, imaginem retinendi donandive penes nos, vim penes Parthos, *memorat*. *Et multum invicem disceptato*, *Monobazus Adiabenus in diem posterum testis iis*, *quae pepigissent*, *adhibetur*. *Placuitque* liberari obsidio legiones, et decedere omnem militem finibus Armeniorum, castellaque et commeatus Parthis tradi. Quibus perpetratis, copia Vologesi fieret, mittendi ad Neronem legatos.

15. *Interim flumini Arsaniae* (*is castra praefluebat*) *pontem imposuit*, *specie sibi illud iter expedientis*. *Sed Parthi*, *quasi*, *documentum victoriae*, *jusserant*. *Namque iis usui fuit*: *nostri per diversum iere*. *Addidit rumor*, sub jugum missas legiones, *et alia ex rebus infaustis*, *quorum simulacrum ab Armeniis usurpatum est*. *Namque et munimenta ingressi sunt*, *antequam agmen Romanum excederet*, *et circumstetere vias*, *captiva olim mancipia*, *aut jumenta adgnoscentes*, *abstrahentesque*. *Raptae etiam vestes*, *retenta arma*, *pavido milite et concedente*, *ne qua proelii caussa existeret*. *Vologeses*, *armis et corporibus caesorum adgregatis*, *quo cladem nostram testaretur*, *visu fugientium legionum abstinuit*. *Fama moderationis quaerebatur*, *postquam superbiam expleverat*. *Flumen Arsaniam*

menia: aver gli Dei voluto per dignità degli Arsacidi, ch' essi dispongano ancora delle legioni romane. Spedì quindi Peto per abboccarsi col re, che vi mandò Vasace prefetto de' cavalieri. Allora Peto gli ricordò *i Luculli, i Pompei, e quanto i Cesari oprarono per possedere o donar l' Armenia:* Vasace dissegli, *che avemmo noi l' apparenza di ritenerla o donarla; la forza i Parti.* E dopo lunga contesa, prendesi il dì seguente a testimone di quanto già patteggiarono Monobazo Adiabeno. E si convenne *che le legioni si liberassero dall' assedio, e d' Armenia tutte le truppe sgombrassero, e le fortezze ed i viveri si consegnassero a' Parti: potesse, compiuto ciò, Vologese spedire ambasciadori a Nerone.*

15. Gittò Peto frattanto un ponte sul fiume Arsania, che lungo il campo scorreva, in mostra di agevolarsi tal via. Ma i Parti gliel comandarono, qual documento della vittoria: perocchè essi ne usarono, i nostri ad altra via si diressero. La fama aggiunse, *che sotto il giogo mandaronsi le legioni*, ed altre immagini di sconfitta, che dagli Armeni adopraronsi. Poichè ed entraron nel campo priachè i romani ne uscissero; e tenner chiuse le vie, riconoscendo e togliendo schiavi e giumenti già prigionieri. Strapparon anche le vesti, rapiron l' armi, acconsentendolo l' impaurito soldato per non accendere cagione alcuna di mischia. Vologese, ammassate l' armi e i cadaveri de' trucidati per segnalare la nostra rotta, non volle mirar la fuga delle legioni. Fama agognava di moderato, poich' ebbe sazio l' orgoglio. Ei sopra d' un Elefante, e tutti

elephanto insidens, et proximus quisque Regem vi equorum perrupere, quia rumor incesserat, pontem cessurum oneri, dolo fabricantium. *Sed qui ingredi ausi sunt, validium et fidum intellexere.*

16. *Ceterum obsessis adeo suppeditavisse rem frumentariam constitit, ut horreis ignem inlicerent: contraque prodiderit Corbulo*, Parthos inopes copiarum; et pabulo adtrito, relicturos oppugnationem, neque se plus tridui itinere abfuisse. *Adjecit*, jurejurando Paeti cautum apud signa, adstantibus iis, quos testificando Rex misisset, neminem Romanum Armeniam ingressurum, donec referrentur litterae Neronis, an paci adnueret. *Quae ut augendae infamiae composita, sic reliqua non in obscuro habentur: una die quadraginta millium spatium emensum esse Paetum, desertis passim sauciis; neque minus deformem illam fugientium trepidationem, quam si terga in acie vertissent. Corbulo, cum suis copiis apud ripam Euphratis obvius, non eam speciem insignium et armorum praetulit, ut diversitatem exprobraret. Maesti manipuli, ac vicem commilitonum miserantes, ne lacrymis quidem temperavere. Vix prae fletu usurpata consalutatio. Decesserat certamen virtutis et ambitio gloriae, felicium hominum adfectus. Sola misericordia valebat, et apud minores magis.*

17. *Ducum inter se brevis sermo secutus est. Hoc conquerente* irritum laborem: potuisse bellum fuga Parthorum finiri. *Ille* integra utrique cuncta *respondit:* converterent aquilas, et juncti invade-

i propinqui al re passarono con la forza de' lor cavalli l' Arsania, perchè romore era corso *che il ponte al peso trabocccherebbe per frode de' costruttori*. Ma que' che osarono entrarvi, forte e sicuro l' intesero.

16. Certo è però, che talmente soprabbondarono i viveri agli assediati, che miser fuoco a' granaj: e pel contrario Corbulone narrò, *che bisognosi di viveri, e consumati i pascoli avrebbono lasciato i Parti l' assedio; nè lungi er' egli più di tre dì*. Aggiunse *ch' erasi Peto obbligato con giuramento dinanzi all' Aquile, alla presenza de' messaggeri mandati per testimoni dal re, che niun romano in Armenia sarebbe entrato, sinchè Nerone non rispondeva se consentisse alla pace.* Lo che fu scritto per aggravarne l' infamia: certo è sì bene, che Peto corse quaranta miglia in un dì, lasciando qua e là feriti: nè meno vituperosa fu la paura di quella fuga, che se fuggiti si fossero dalla battaglia. Scontratolo Corbulone con le sue truppe in riva all' Eufrate, non ispiegò tal pompa d'insegne e d' armi da rimprocciarne la differenza. Meste le squadre, e lo stato de' lor compagni commiserando, non tenner pure le lagrime. Consentì appena il saluto il pianto. Taceva ogni rivalità di valore ed ambizione di gloria, affetti di lieti animi: sol la pietà valeva, e ne' minori assai più.

17. Seguì colloquio brevissimo tra' capitani. Doleasi questi *della gittata fatica: chè si poteva con lo sbaraglio de' Parti finir la guerra*. Peto rispose, *ogni cosa intera: rivolgan l' Aquile, e uni-*

rent Armeniam, abscessu Vologesis infirmatam. Non ea Imperatoris habere mandata, *Corbulo:* periculo legionum commotum, e provincia egressum. Quando in incerto habeantur Parthorum conatus, Syriam repetiturum. Sic quoque optimam Fortunam orandam, ut pedes, confectus spatiis itinerum, alacrem et facilitate camporum praevenientem equitem adsequeretur. *Exin Paetus per Cappadociam hibernavit. At Vologesis ad Corbulonem missi nuntii*, detraheret castella trans Euphraten, amnemque, ut olim, medium faceret: *ille*, Armeniam quoque diversis praesidiis vacuam fieri, *expostulabat. Et postremo concessit Rex. Dirutaque, quae ultra Euphraten communierat Corbulo; et Armenii sine arbitro relicti sunt.*

18. *At Romae trophaea de Parthis, arcusque medio Capitolini montis sistebantur: decreta ab Senatu, integro adhuc bello, neque tum omissa, dum adspectui consulitur, spreta conscientia. Quin et dissimulandis rerum externarum curis Nero frumentum plebis, vetustate corruptum, in Tiberim jecit, quo securitatem annonae ostentaret. Cujus pretio nihil additum est, quamvis ducentas ferme naves portu in ipso, violentia tempestatis, et centum alias Tiberi subvectas, fortuitus ignis absumpsisset. Tris dein Consulares, L. Pisonem, Ducennium Geminum, Pompejum Paullinum, vectigalibus publicis praeposuit, cum insectatione priorum Principum*, qui gravitate sumptuum justos redditus anteissent: se annuum sexcenties sestertium Reipub. largiri.

ti assaltin l' Armenia indebolita per la partenza di Vologese. Replicò quegli, *non aver questo ordinato l' Imperadore. Uscì di provincia per sovvenire al pericolo delle legioni. Nell' incertezza ove miri il furor de' Parti, ei tornerebbesi in Siria. Doversi ancora pregar la buona fortuna, che i fanti, lassi da' lunghi cammini, possan raggiugner la pronta cavalleria, precorsa già per l'aperte pianure.* Quindi Peto per la Cappadocia svernò. Ma giunsero a Corbulone messaggi di Vologese, *che le fortezze atterrasse oltra l'Eufrate; e lasciasse il fiume, come una volta, a confine*: quegli insisteva, *chè ancor l' Armenia dal Parto si abbandonasse*. E il re cedè finalmente: e si distrusse ogni forte, oltra l' Eufrate costrutto da Corbulone; e gli Armeni in lor balìa si lasciarono.

18. Ma in Roma pe' vinti Parti in mezzo del Campidoglio s' ergevan archi e trofei, decretati da' Padri, ardendo ancora la guerra, neppur di poi tralasciaronsi. Anzi a velare i travagli esterni, Nerone gittò nel Tevere tutto il frumento del popolo, guasto dal tempo, per ostentare abbondanza; nè il prezzo crebbene, benchè per impeto di tempesta quasi dugento navi nel porto stesso perissero, ed altre cento, venute su per il Tevere, da un improvviso incendio si consumassero. Poi soprappose tre consolari Lucio Pisone, Ducennio Gemino, Pompeo Paolino alle imposte pubbliche, vituperando i passati Principi, *che le legittime rendite oltrepassassero con la enormità delle spese: alla repubblica da lui donarsi annualmente sessanta milion di sesterzj*.

19. *Percrebuerat ea tempestate pravissimus mos, cum propinquis comitiis, aut sorte provinciarum, plerique orbi fictis adoptionibus adscicerent filios, praeturasque et provincias inter patres sortiti, statim emitterent manu, quos adoptaverant. Qui magna cum invidia Senatum adeunt*, jus naturae, labores educandi, adversus fraudem et artes et brevitatem adoptionis *enumerant:* satis pretii esse orbis, quod multa securitate, nullis oneribus, gratiam, honores, cuncta prompta et obvia haberent. Sibi promissa legum diu expectata in ludibrium verti, quando quis sine sollicitudine parens, sine luctu orbus, longa patrum vota repente adaequaret. *Factum ex eo Senatusconsultum*, ne simulata adoptio in ulla parte muneris publici juvaret, ac ne usurpandis quidem haereditatibus prodesset:

20. *Exin Claudius Timarchus Cretensis reus agitur, ceteris criminibus, ut solent praevalidi provincialium, et opibus nimiis ad injurias minorum elati: una vox ejus usque ad contumeliam Senatus penetraverat, quod dictitasset*, in sua potestate situm, an Proconsulibus, qui Cretam obtinuissent, grates agerentur. *Quam occasionem Paetus Thrasea ad bonum publicum vertens, postquam de reo censuerat*, provincia Creta depellendum, *haec addidit:* Usu probatum est P. C. leges egregias, exempla honesta, apud bonos ex delictis aliorum gigni. Sic oratorum licentia Cinciam rogationem; candidatorum ambitus Julias leges: magistratuum avaritia Calpurnia scita pepererunt. Nam culpa, quam poena, tempore prior; emen-

19. Signoreggiava a que' giorni un costume pessimo. All' appressar de' Comizj, o al sortirsi delle provincie, molti senza figliuoli se li creavano con simulate adozioni, e conseguite fra' veri padri le preture e i governi, emancipavano gli adottati. Entrano questi con gran dispetto in Senato, ed espongono *il dritto della natura, le cure dell' educare contro la fraude e l' arti d' un' adozion momentanea: troppo già s' hanno gli sterili, se d' ogni peso, d' ogni pericolo scarichi, favore, onori, tutto a lor grado conseguono. A nostro scherno rivolgonsi delle leggi le tanto attese promesse, ove chi padre può divenir senza briga, cessar di esserlo senza lutto, i lunghi voti in un attimo de' veri padri raggiunga.* Fu decretato allora, *che per niun modo ad uffizj pubblici, nè ad aver pure un' eredità, giovasse finta adozione.*

20. Fu quindi Claudio Timarco Cretese accusato d' ogni delitto uso a commettersi da' provinciali potenti, che per le troppe ricchezze straziano gl' inferiori. Un suo detto infiammò d' onta il Senato, che si vantò *essere in suo poter che i proconsoli, stati al governo di Creta, si ringraziassero o no.* La quale occasione Peto Trasea volgendo a pubblica utilità, poich' ebbe deliberato *ch' ei si cacciasse di Creta*, aggiunse tali parole: *È fermo per esperienza, Padri Coscritti, l' egregie leggi, gli onesti esempj, tra' buoni dalle altrui ribalderie cagionarsi. Così l' audacia degli Oratori la legge Cincia, i brogli de' candidati, le Giulie, l' avarizia de' magistrati produssero le Calpurnie, Poichè la colpa precede sempre la pena: l' am-*

dari, quam peccare, posterius est. Ergo adversus novam provincialium superbiam dignum fide constantiaque Romana capiamus consilium, quo tutelae sociorum nihil derogetur, nobis opinio decedat, qualis quisque habeatur; alibi quam in civium judicio esse.

21. Olim quidem non modo Praetor aut Consul, sed privati etiam mittebantur, qui provincias viserent, et, quid de cujusque obsequio videretur, referrent: trepidabantque gentes de existimatione singulorum. At nunc colimus externos, et adulamur: et quomodo ad nutum alicujus grates, ita promptius accusatio decernitur: decernaturque, et maneat provincialibus potentiam suam tali modo ostentandi: sed laus falsa et precibus expressa perinde cohibeantur, quam malitia, quam crudelitas. Plura saepe peccantur, dum demeremur, quam dum offendimus. Quaedam immo virtutes odio sunt, severitas obstinata, invictus adversum gratiam animus. Inde initia magistratuum nostrorum meliora ferme, et finis inclinat, dum, in modum candidatorum, suffragia conquirimus: quae si arceantur, aequabilius atque constantius provinciae regentur. Nam ut metu repetundarum infracta avaritia est, ita, vetita gratiarum actione, ambitio cohibebitur.

22. *Magno adsensu celebrata sententia, non tamen Senatusconsultum perfici potuit, abnuentibus Consulibus* ea de re relatum. *Mox, auctore,*

menda è posteriore al misfatto. Prendiamo dunque contro la nuova insolenza de' provinciali un consiglio, degno della costanza e della fede romana, dal quale nulla si deroghi alla tutela degli alleati, e l'opinione a noi tolgasi, che ad altri aspetti che a cittadini il giudizio, qual debba ognuno estimarsi.

21. *Pur già non solo il Pretore o il Console, ma si mandavano ancor privati a visitar le provincie per riferirne a che stesse la fedeltà di ciascuna: e del giudizio d'un cittadino tremavano le nazioni. Ma ora noi corteggiamo ed aduliamo gli estranei: e come ad un cenno loro i ringraziamenti, così decretansi più prontamente le accuse. E accuse pur si decretino, e seguano i provinciali ad ostentar per tal mezzo la lor possanza. Ma falsa lode, e con preghiere accattata, egualmente affrenisi, che la malizia e la crudeltà. Assai più peccasi frequentemente col brigar grazia, che coll' offendere. Anzi v' ha tali virtù che abborronsi, severità ostinata, animo da' favori invincibile. Quindi il principio de' magistrati nostri generalmente fiorisce, il fine poi ne traligna: mentre brighiamo, a guisa di candidati, i suffragj. Le quali cose vietandosi, fia che si reggano con maggior forza ed equità le provincie: poichè siccome la legge dell' estorsioni percosse e sbigottì l' avarizia, così vietati i ringraziamenti si frenerà l' ambizione.*

22. Fu tal sentenza concordemente approvata: non potè farsene però decreto, negando i consoli, *che ciò si fosse proposto*. Poi con l' autorità del

Principe, sanxere, ne quis ad concilium sociorum referret, agendas apud Senatum Propraetoribus Proveconsulibus grates, neu quis ea legatione fungeretur. *Iisdem Consulibus gymnasium ictu fulminis conflagravit, effigiesque in eo Neronis ad informe aes liquefacta. Et motu terrae, celebre Campaniae oppidum, Pompeii, magna ex parte proruit. Defunctaque virgo Vestalis Laelia, in cujus locum Cornelia ex familia Cossorum capta est.*

23. *Memmio Regulo, et Verginio Rufo Coss. natam sibi ex Poppaea filiam Nero ultra mortale gaudium accepit, adpellavitque* Augustam, *dato et Poppaeae eodem cognomento. Locus puerperio colonia Antium fuit, ubi ipse generatus erat. Jam Senatus* uterum Poppaeae *commendaverat Diis, votaque publice susceperat. Quae multiplicata, exsolutaque. Et additae* supplicationes, templumque Foecunditati, et certamen ad exemplar Actiacae religionis *decretum:* utque Fortunarum effigies aureae in solio Capitolini Jovis locarentur: ludicrum Circense, ut Juliae genti apud Bovillas, ita Claudiae Domitiaeque apud Antium ederetur. *Quae fluxa fuere, quartum intra mensem defuncta infante. Rursusque exortae adulationes, censentium* honorem divae, et pulvinar, aedemque, et sacerdotem. *Atque ipse ut laetitiae, ita moeroris immodicus egit. Adnotatum est, omni Senatu Antium sub recentem partum effuso, Thraseam prohibitum immoto animo praenuntiam imminentis caedis contumeliam excepisse. Secutam dehinc vocem Caesaris ferunt, qua,* reconciliatum se

Principe statuirono, *che ne' concilj degli alleati niun proponesse di ringraziare in Senato i propretori e i proconsoli; e niuno a tale ambasceria s' accingesse*. Sotto gli stessi consoli arse percosso d' una saetta il Ginnasio; e la statua di Nerone in bronzo fu liquefatta. E per tremoto abissò in gran parte Pompeja, città illustre della Campania. E si morì la Vestale, Lelia, a cui Cornelia, della famiglia de' Cossi, fu surrogata.

23. Consoli Memmio Regolo e Virginio Rufo, Nerone accolse con più che umana allegrezza una bambina natagli di Poppea, e dato egual cognome a Poppea, *Augusta* la nominò. Il parto avvenne nella colonia d' Anzio, ov' esso fu generato. Avea già il Senato raccomandato agl' Iddii *l' utero di Poppea*, e fattone voti pubblici, che si moltiplicarono e sciolsero. S' aggiunser *pubbliche preci, e un tempio alla Fecondità, ed un combattimento ad imitazione dello spettacolo Aziaco: e le auree immagini delle Fortune si collocasser nel seno di Giove Capitolino: e i giuochi Circensi, come pe' Giulj a Boville, così pe' Claudj e Domizj in Anzio si celebrassero:* le quali cose svanirono, mortasi la fanciulla tra quattro mesi. E nuovamente sorsero le adulazioni, che *onor di Diva, e letto e tempio, e sacerdote le decretavano*. Ed egli come per gioja, così per doglia farneticò. E si notò che, corso tutto il Senato in Anzio pel fresco parto, Trasea esclusone ricevè con saldo cuore l'ingiuria, foriera della ruina imminente. Narrano che poi Nerone con Seneca si vantasse *di essersi ricon-*

Thraseae, *apud Senecam jactaverit, ac Senecam Caesari gratulatum. Unde gloria egregiis viris et pericula gliscebant.*

24. *Inter quae, veris principio, legati Parthorum mandata regis Vologesis, litterasque in eandem formam, adtulere:* se priora et totiens jactata, super obtinenda Armenia, nunc omittere, quoniam Dii, quamvis potentium populorum arbitri, possessionem Parthis, non sine ignominia Romana, tradidissent. Nuper clausum Tigranen: post Paetum legionesque, cum opprimere posset, incolumes dimisisse. Satis adprobatam vim: datum et lenitatis experimentum. Nec recusaturum Tiridaten, accipiendo diademati in urbem venire, nisi sacerdotii religione adtineretur. Iturum ad signa et effigies Principis, ubi, legionibus coram, regnum auspicaretur.

25. *Talibus Vologesis litteris, quia Paetus diversa, tamquam rebus integris, scribebat, interrogatus Centurio, qui cum legatis advenerat,* quo in statu Armenia esset? omnes inde Romanos excessisse, *respondit. Tum intellecto Barbarorum inrisu, qui peterent quod eripuerant, consuluit inter primores civitatis Nero,* bellum anceps, an pax inhonesta placeret? *Nec dubitatum de bello. Et Corbulo, tot per annos militum atque hostium gnarus, gerendae rei praeficitur, ne cujus alterius inscitia rursum peccaretur, quia Paeti piguerat. Igitur irriti remittuntur, cum donis tamen, unde spes fieret, non frustra eadem oraturum Tiridaten, si preces ipse adtulisset.*

ciliato a Trasea, e Seneca se ne congratulasse con Cesare. Onde crescevano a' sommi uomini gloria e pericoli.

24. Frattanto, al rompere di primavera, i messaggeri de' Parti recaron le commissioni di Vologese, e lettere di egual senso: *trasandar esso presentemente le antiche dispute e tante volte agitate per ottenere l' Armenia, poichè gl' Iddii, arbitri delle genti benchè possenti, non senza scorno di Roma ne insignorirono i Parti. Testè rinchiuse Tigrane, poi lasciò Peto e le legioni andar salvi, potendo opprimerli. Bastantemente mostratasi la sua forza: dato anche saggio di sua dolcezza. Nè s' opporrebbe, che Tiridate venisse in Roma a ricevere la corona, ove la religione del sacerdozio non gliel vietasse. Si recherebbe all' Aquile e a' simulacri del Principe, dove al cospetto delle legioni, coronerebbesi re.*

25. Per tali lettere di Vologese, perchè da Peto scrivevasi diversamente quasi le cose fiorissero, interrogato il centurione venutone co' messaggieri, *in che stato fosse l' Armenia?* rispose, *ogni romano partitone.* Compresa allora la derisione de' barbari, che domandavan quanto già tolsero, consultò Cesare tra' Primati della città *se guerra pericolosa piacesse, o pace disonorata?* Nè si esitò per la guerra; ed all' impresa destinasi Corbulone, per tanti anni pratico de' soldati e degl' inimici, perchè fatale non riuscisse la imperizia d' un altro Peto. Si rimandarono dunque non ascoltati, con donativi però, onde speranza nascesse, che non avria Tiridate pregato indarno, venendo a supplicare egli

Syriaeque executio Cincio, copiae militares Corbuloni permissae; et quintadecima legio, ducente Mario Celso, e Pannonia adjecta est. Scribitur Tetrarchis ac Regibus Praefectisque et Procuratoribus, et qui Praetorum finitimas provincias regebant, jussis Corbulonis obsequi: *in tantum ferme modum aucta potestate, quem Populus Romanus Cn. Pompejo, bellum Piraticum gesturo, dederat. Regressum Paetum, cum graviora metueret, facetiis insectari satis habuit Caesar, his ferme verbis:* Ignoscere se statim, ne tam promptus in pavorem longiore solicitudine aegresceret.

26. *At Corbulo quarta et duodecima legionibus, quae, fortissimo quoque amisso, et ceteris exterritis, parum habiles proelio videbantur, in Syriam translatis, sextam inde ac tertiam legiones, integrum militem et crebris ac prosperis laboribus exercitum in Armeniam ducit. Addiditque legionem quintam, quae per Pontum agens expers cladis fuerat; simul quintadecimanos, recens adductos; et vexilla delectorum ex Illyrico et Aegypto, quodque alarum cohortiumque; et auxilia regum in unum conducta apud Melitenen, qua transmittere Euphraten parabat. Tum lustratum rite exercitum ad concionem vocat, orditurque magnifica* de auspiciis imperatoriis, rebusque a se gestis, *adversa* in inscitiam Paeti *declinans: multa auctoritate, quae viro militari pro facundia erat.*

27. *Mox iter, L. Lucullo quondam penetratum, apertis, quae vetustas obsepserat, pergit.*

stesso. Diessi la Siria in governo a Cincio, l'esercito a Corbulone, aggiuntavi di Pannonia, condotta da Mario Celso, la legion quindicesima. Scrivesi a'Tetrarchi ed a' Re, e a' Prefetti e a'Procuratori, e a que' Pretori che governavano le vicine provincie, *di starsi a' cenni di Corbulone*: di tanto quasi accresciutagli l'autorità, quanta dal popolo romano n' ebbe a spedire la guerra contr' a' corsali Pompeo. Tornato Peto, e temendo grave gastigo, Cesare si contentò di schernirlo piacevolmente, quasi con queste parole: *io ti perdono subito, perchè sì facile ad impaurirti per ogni minimo indugio tu non infermi*.

26. Ma Corbulone trasmise in Siria la legion quarta e la dodicesima, che impaurite pel fiore spento de' suoi gagliardi parean poc' atte a combattere; e di là trae nell' Armenia la legion sesta e la terza di forze intere, ed in molte e felici imprese sperimentate. E aggiunse la legion quinta, ch'erasi in Ponto, intatta della sconfitta, la quindicesima insieme dianzi giunta, ed il fior delle compagnie nell' Illirico e nell' Egitto, e fanti e cavalli alleati, e gli ajuti de' re, insieme unitigli a Melitène, ove apprestavasi a trapassare l' Eufrate. Poi, rassegnato solennemente l' esercito, chiamalo a parlamento, e magnifica *la fortuna del Principe*, e *le sue geste*, ogni sciagura imputando all' imperizia di Peto: con molta gravità, che in un guerriero valeva per eloquenza.

27. Prese quindi il cammino, penetrato già da Lucullo, aprendo quanto erane ingombro dagli an-

Et venientes Tiridatis Vologesisque de pace legatos haud aspernatus, adjungit iis Centuriones cum mandatis non immitibus: non enim adhuc eo ventum, ut certamine extremo opus esset. Multa Romanis secunda, quaedam Parthis evenisse, documento adversus superbiam: proinde et Tiridati conducere, intactum vastationibus regnum dono accipere; et Vologesen melius societate Romana, quam damnis mutuis, genti Parthorum consulturum. Scire, quantum intus discordiarum, quamque indomitas et praeferoces nationes regeret. Contra Imperatori suo immotam ubique pacem, et unum id bellum esse. *Simul consilio terrorem adjicere, et Megistanas Armenios, qui primi a nobis defecerant, pellit sedibus, castella eorum exscindit, plana, edita, validos, invalidosque, pari metu complet.*

28. *Non infensum, nedum hostili odio Corbulonis nomen etiam Barbaris habebatur, eoque consilium ejus fidum credebant. Ergo Vologeses neque atrox in summam, et quibusdam praefecturis inducias petit. Tiridates locum diemque colloquio poscit. Tempus propinquum, locus, in quo nuper obsessae cum Paeto legiones erant, cum a Barbaris delectus esset, ob memoriam laetioris sibi rei, non est a Corbulone vitatus, ut dissimilitudo fortunae gloriam augeret. Neque infamia Paeti angebatur: quod eo maxime patuit, quia filio ejus tribuno ducere manipulos, atque operire reliquias malae pugnae imperavit. Die pacta Tiberius Alexander, inlustris Eques*

ni. Nè sdegnando gli ambasciadori per pace da Tiridate e Vologese inviati, gli rimandò scortati da centurioni con istruzioni non aspre: *non ancor giuntosi a tale da tentar l' ultima sorte: assai cose a' Romani, alcune a' Parti avvenute prosperamente, perchè ognun freni l'orgoglio: perciò esser utile a Tiridate aversi in dono un reame non desolato dall' armi, e Vologese meglio provvederebbe alla nazione de' Parti con l' alleanza romana, che con ruine scambievoli. Saper ben esso di quante discordie bollano, e quanto crudeli nazioni e indomite governasse. Per lo contrario aver ovunque il suo Principe salda pace, e questa unica guerra.* Unisce anche il terrore al consiglio, e caccia delle lor terre i Megestani Armeni, primi da noi ribellatisi, atterrane le fortezze; e piani e monti, gagliardi e deboli empie d' eguale paura.

28. Non era a'barbari ingrato, non che con odio inimico ascoltato fosse, il nome di Corbulone; perciò leale il suo consiglio credevano. Dunque neppur Vologese tennesi fiero in effetto; e per alcune provincie domandò tregua. Tiridate e giorno e luogo richiese per abboccarsi. Sceltosi il dì seguente da'Barbari, e il luogo, in cui furono le legioni testè con Peto assediate, non lo schivò Corbulone, perchè gli crescesse gloria la differenza della fortuna. Nè l' ignominia di Peto lo travagliava: perchè al Tribuno, figliuol di lui, ordinò di condur le truppe, e seppellire gli avanzi dell' infelice battaglia. Il dì pattuito, Tiberio Alessandro, illustre cavaliere romano, dato in ministro alla guerra, e Viviano

Romanus, minister bello datus, et Vivianus Annius, gener Corbulonis nondum Senatoria aetate, sed pro Legato quintae legioni impositus, in castra Tiridatis venere, honori ejus, ac, ne metueret insidias, tali pignore. Viceni dehinc equites adsumpti. Et viso Corbulone, Rex prior equo desiluit: nec cunctatus Corbulo. Sed pedes uterque dextras miscuere.

29. *Exin Romanus laudat juvenem*, omissis praecipitibus, tuta et salutaria capessentem. *Ille* de nobilitate generis *multum praefatus, cetera temperanter adjungit:* iturum quipppe Romam, laturumque novum Caesari decus, non adversis Parthorum rebus supplicem Arsaciden. *Tum placuit, Tiridaten ponere apud effigiem Caesaris insigne Regium, nec nisi manu Neronis resumere: et colloquium osculo finitum. Dein paucis diebus interjectis, magna utrimque specie, inde eques compositus per turmas, et insignibus patriis, hinc agmina legionum stetere, fulgentibus aquilis, signisque, et simulacris Deum in modum templi. Medio tribunal sedem curulem, et sedes effigiem Neronis, sustinebat. Ad quam progressus Tiridates, caesis ex more victimis, sublatum capite diadema imagini subjecit: magnis apud cunctos animorum motibus; quos augebat insita adhuc oculis exercituum Romanorum caedes, aut obsidio.* At nunc versos casus: iturum Tiridaten ostentui gentibus, quanto minus quam captivum?

30. *Addidit gloriae Corbulo comitatem, epu-*

Annio genero di Corbulone, non anco di senatoria età, ma per legato alla quinta legion soprapposto, vennero al campo di Tiridate per onorarlo, e perchè insidie con pegno tale non paventasse. Di venti cavalieri poi si guernirono; ed alla vista di Corbulone primo discese il re di cavallo; nè Corbulone indugiò: discesi, per mano entrambi si presero.

29. Quindi il Romano commenda il giovane, *che, lasciati i precipitosi, a' solidi s' attenesse e salutari consigli*. Quegli, parlato assai *della nobiltà del lignaggio*, modestamente aggiunse: *che a Roma si recherebbe, e a Cesare nuovo splendore addurrebbe non ancor vinto un supplichevole Arsacide*. Quindi convennesi, che Tiridate la regia insegna appo l'effigie di Cesare deponesse, nè riprendessela che per man di Nerone, e chiusero la conferenza baciandosi. Trascorsi poi pochi dì con gran pompa dall' una parte e dall' altra, di qua i cavalieri ordinati a squadre e con i patrii vessilli, di là si posero le legioni con l' aquile sfolgoranti, e le insegne, e a simiglianza di tempio le immagini degli Dei. Un tribunale nel mezzo sosteneva il seggio curule, il seggio l' immagine di Nerone. A cui Tiridate appressatosi, svenate secondo il rito le vittime, di capo toltasi la corona, la pose a piè dell'immagine, con gran commozione di tutti, che dalla strage accrescevasi o dall' assedio, che ancor aveano negli occhi, delle legioni romane: *ma or, cangiata vicenda, andrebbe Tiridate a spettacolo delle nazioni, e quanto meno che schiavo?*

30. Aggiunse Corbulone alla gloria piacevolezza

lasque. Et rogitante Rege caussas, quotiens novum aliquid adverterat: ut, initia vigiliarum per centurionem nuntiari, convivium buccina dimitti, et structam ante Augurale aram subdita face accendi: cuncta in majus adtollens, admiratione prisci moris adfecit. Postero die spatium *oravit*, quo, tantum itineris aditurus, fratres ante matremque viseret: *obsidem interea filiam tradit, literasque supplices ad Neronem.*

31. *Et digressus, Pacorum apud Medos, Vologesen Ecbatanis reperit, non incuriosum fratris: quippe et propriis nuntiis a Corbulone petierat*, ne quam imaginem servitii Tiridates perferret; neu ferrum traderet; aut complexu provincias obtinentium arceretur; foribusve eorum adsisteret: tantusque ei Romae, quantus Consulibus honor esset. *Scilicet externae superbiae sueto non inerat notitia nostri: apud quos vis imperii valet, inania transmittuntur.*

32. *Eodem anno Caesar nationes Alpium maritimarum in jus Latii transtulit. Equitum Romanorum locos sedilibus plebis anteposuit apud Circum. Namque ad eam diem indiscreti inibant, quia lex Roscia nihil, nisi de quatuordecim ordinibus, sanxit. Spectacula gladiatorum idem annus habuit, pari magnificentia ac priora. Sed foeminarum inlustrium Senatorumque plures per arenam foedati sunt.*

33. *C. Lecanio, M. Licinio Coss. acriore in dies cupidine adigebatur Nero promiscuas sce-*

convito: e domandando il re conto d'ogni novità che avvertisse; come, del porsi in guardia, che i centurioni annunziavano; del convito a suon di tromba disciolto; e dell'accendersi con sottoposta face l'ara costrutta innanzi al luogo Augurale; ogni cosa magnificando, di maraviglia empievalo pe' nostri antichi costumi. Il giorno poi domandò *tempo, innanzi a tanto cammino, di visitar la madre e i fratelli*, dando in ostaggio una figlia, e lettere supplichevoli a Cesare.

31. E partitosi ritrova in Media Pacoro, in Ecbàtana Vologese non dimentico del fratello: perocchè aveva da Corbulone con propria ambascerìa domandàto: *che Tiridate non sopportasse ombra di servitú; non rassegnasse la spada: non gli negassero i reggitori delle provincie l'amplesso; nè alla lor soglia lo trattenessero: e in Roma gli si rendessero onori eguali che a' Consoli*. Avvezzo in vero allo straniero orgoglio non conosceva i Romani, da' quali la forza pregiasi, le vanità si trascurano dell' imperio.

32. L'anno medesimo concesse Cesare i privilegj del Lazio a' popoli dell' Alpi marittime. Ed a'sedili del popolo antepose i seggi de' cavalieri nel Circo, meschiativi insinallora col popolo perchè la legge Roscia provvide solo a'quattordici ordini nel teatro. Ebbesi ancor lo spettacolo de' gladiatori, quanto i passati, magnifico. Ma un numero d'illustri donne e di Senatori infamaronsi nell' arena.

33. Consoli Cajo Lecanio, e Marco Licinio, era Nerone ogni dì più trasportato da viva brama di

nas frequentandi. Nam adhuc per domum aut hortos cecinerat Juvenalibus ludis, quos, ut parum celebres et tantae voci angustos, spernebat. Non tamen Romae incipere ausus, Neapolim, quasi Graecam urbem delegit: inde initium fore, ut transgressus in Achajam, insignesque et antiquitus sacras coronas adeptus, majore fama studia civium eliceret. *Ergo contractum oppidanorum vulgus, et quos e proximis coloniis et municipiis ejus rei fama civerat; quique Caesarem per honorem, aut varios usus sectantur, etiam militum manipuli, theatrum Neapolitanorum complent.*

34. *Illic, plerique ut arbitrabantur, triste, ut ipse, providum potius et secundis Numinibus, evenit. Nam egresso, qui adfuerat, populo, vacuum et sine ullius noxa theatrum conlapsum est. Ergo per compositos cantus grates diis, atque ipsam recentis casus fortunam celebrans, petiturusque maris Hadriae trajectus, apud Beneventum interim consedit: ubi gladiatorium munus a Vatinio celebre edebatur. Vatinius inter foedissima ejus aulae ostenta fuit, sutrinae tabernae alumnus, corpore detorto, facetiis scurrilibus: primo in contumelias adsumptus; deinde optimi cujusque criminatione eo usque valuit, ut gratia, pecunia, vi nocendi etiam malos praemineret.*

35. *Ejus munus frequentanti Neroni, ne inter voluptates quidem a sceleribus cessabatur. Iisdem quippe illis diebus Torquatus Silanus mori*

segnalarsi in teatri pubblici: perocchè avea per le case o per gli orti, ne' giovenili giuochi, insinallora cantato; i quali, come men frequentati ed angusti per tanta voce, abborriva. Pur non osando prodursi in Roma, trascelse Napoli, quasi greca città: *colà darebbe principio per poi passare in Acaja, ed acquistate le insigni e anticamente sagre corone, riscuotere con maggior gloria gli applausi de' cittadini*. D' un volgo dunque raccoltosi di terrazzani e di quanti dalle vicine colonie e da' municipj trasse il romore precorsone, e di quanti o per onore o per altri ufizj Cesare corteggiavano, anche di compagnie di soldati, s' empie il Teatro di Napoli.

34. Là caso avvenne, funesto secondo i più, secondo lui avventuroso, e per favor degli Dei. Perocchè, uscitone l' accorso popolo, senza rovina d' alcuno, il teatro precipitò. Con canti dunque armoniosi ne rese grazie agl' Iddii, e celebrò la fortuna di tanto caso. Ed inoltratosi per tragittar l'Adriatico riposò a Benevento, ove davasi da Vatinio un segnalato spettacolo di gladiatori. Fu tra' più sozzi mostri di quella corte Vatinio, allievo vile d' un ciabattino, storto della persona, motteggiatore scurrile, presovi prima a dileggio, quindi col calunniare ogni buono valse tant' oltre che di favore, ricchezza, e forza di nuocere, anche i perversi avanzò.

35. Inteso a tale spettacolo, neppure in mezzo a' piaceri intermetteva Nerone le scelleraggini. Poichè in quelli stessi dì fu costretto Torquato Silano

adigitur, quia, super Juniae familiae claritudinem, divum Augustum atavum ferebat. Jussi accusatores objicere, prodigum largitionibus, neque aliam spem quam in novis rebus esse. Quin eum homines habere, quos ab epistolis et libellis et rationibus adpellet, nomina summae curae et meditamenta. *Tum intimus quisque libertorum vincti abreptique. Et, cum damnatio instaret, brachiorum venas Torquatus interscidit, secutaque Neronis oratio ex more:* quamvis sontem et defensioni merito diffisum, victurum tamen fuisse, si clementiam judicis expectasset.

36. *Nec multo post, omissa in praesens Achaja, (caussae in incerto fuere) urbem revisit; provincias Orientis, maxime Aegyptum, secretis imaginationibus agitans. Dein edicto testificatus,* non longam sui absentiam, et cuncta in Rep. perinde immota ac prospera fore; *super ea profectione adiit Capitolium. Illic veneratus deos, cum Vestae quoque templum inisset, repente cunctos per artus tremens, seu numine exterrente, seu facinorum recordatione nunquam timore vacuus, deseruit inceptum,* cunctas sibi curas amore patriae leviores *dictitans.* Vidisse civium moestos vultus; audire secretas quaerimonias, quod tantum aditurus esset iter, cujus ne modicos quidem egressus tolerarent, sueti adversum fortuita adspectu Principis refoveri. Ergo, ut in privatis necessitudinibus proxima pignora praevalerent, ita Populum Romanum vim plurimam habere: parendumque retinenti. *Haec atque talia plebi volentia fuere, voluptatum cupidine, et, quae praecipua cura*

ad uccidersi, perchè, oltre alla nobiltà della famiglia Giunia, aveasi arcavolo Augusto. A' delatori fu imposto di denunziarlo *prodigo donatore, nè più potere sperare in altro che in novità: anzi aver egli tali, che segretarj, e referendarj, e ragionieri appellava, nomi e preludj della sovrana grandezza*. Quindi si strascinarono in carcere i suoi più fidi liberti. E soprastandogli la condanna s' aprì Torquato le vene, e scrisse Nerone al solito, *che, benchè reo, ed a ragion disperato d' ogni difesa, vivrebbe pure, se la clemenza del giudice avesse attesa*.

36. Nè molto poi, lasciata per or l' Acaja (se ne ignorò la cagione) tornasi a Roma, volgendo nella sua fantasia le provincie d' Oriente, massimamente l' Egitto. Protestatosi quindi con un Editto *ch' egli per poco assentavasi, e che ogni cosa godrebbe nella repubblica la stessa quiete e prosperità*, per tale partenza ascese nel Campidoglio. Là venerati gl' Iddii, entrato nel Tempio ancora di Vesta, l'assalse un tremito per ogni fibra, o che la Dea l' atterrisse, o che il rimorso ognor vivo de' suoi misfatti lo travagliasse. Cangiò proposito; *nulla*, spacciando, *potere in lui quanto l' amor della patria: avere i mesti sembianti visto, le sorde querele udito de' cittadini, perchè di tanto si dilungasse chi non vorrebber pure d' un miglio assente, soliti a ristorarsi nelle disgrazie con la presenza del Principe. Siccome dunque nel cuor de' Padri i dolci figli prevalgono, così tal forza il Popol Romano aveva, che, ritenendolo, ei non poteva resistere*. Gradì tai ciance la Plebe per l' avidità

est, rei frumentariae angustias, si abesset, metuenti. Senatus et primores in incerto erant, procul an coram atrocior haberetur. Dehinc, quae natura magnis timoribus, deterius credebant, quod evenerat.

37. *Ipse, quo fidem adquireret, nihil usquam perinde laetum sibi, publicis locis struere convivia, totaque urbe quasi domo uti. Et celeberrimae luxu famaque epulae fuere, quas a Tigellino paratas, ut exemplar referam, ne saepius eadem prodigentia narranda sit. Igitur in stagno Agrippae fabricatus est ratem, cui superpositum convivium aliarum tractu navium moveretur. Naves auro et ebore distinctae: remigesque exoleti, per aetates et scientiam libidinum componebantur: volucres, et feras diversis e terris, et animalia maris Oceano abusque petiverat. Crepidinibus stagni lupanaria adstabant, inlustribus foeminis completa: contra scorta visebantur, nudis corporibus. Jam gestus motusque obsceni: et, postquam tenebrae incedebant, quantum juxta nemoris, et circumjecta tecta, consonare cantu, et luminibus clarescere. Ipse, per licita atque inlicita foedatus, nihil flagitii reliquerat, quo corruptior ageret, nisi paucos post dies uni ex illo contaminatorum grege, cui nomen* Pythagorae, *fuit, in modum solemnium conjugiorum denupsisset. Inditum Imperatori flammeum: visi Auspices, dos, et genialis torus, et faces nuptiales: cuncta denique spectata, quae etiam in foemina nox operit.*

38. *Sequitur clades, forte, an dolo Principis*

de' piaceri, e per timore (che è il suo maggior travaglio) di carestia se partisse. Il Senato ed i Grandi erano in dubbio, se di lontano, o presente fosse più atroce. Poi, come ne' grandi timori, avviene, peggior credevano ciò che avvenne.

37. Ei, per acquistar fede null'altro essergli più giocondo, davasi a banchettare ne' luoghi pubblici, e della intera città, come di casa, valevasi. E splendidissime per lusso e fama furon le mense imbandite da Tigellino, le quali riferirò per esempio, onde non s'abbia a narrar più volte la stessa dissipazione. Costruì dunque nel lago d'Agrippa una nave, che soprappostovi il desco moveasi tratta dall'altre navi. Eran le navi d'avorio e d'oro fregiate; e al remo fioriti giovani, per età e maestrìa di libidini collocati. Uccelli e fiere cercò di più lontani paesi, e pesci sin dall'Oceano. In sulle sponde del lago sorgevano lupanari, pieni d' illustri donne; ed a riscontro vedevansi putte ignude. Già moti ed osceni gesti s'alternano; e all'avanzar delle tenebre brillan di lumi, e di canti suonano tutto il vicino bosco e le case intorno. Ei, lordatosi in ogni lecita ed illecita tresca, non avea lasciata vergogna in cui più bruttarsi, se non avesse pochi dì poi tolto a marito un di quel gregge sozzissimo, detto *Pitagora*, con tutti i riti nuziali. S'impose il velo all'Imperadore: vidersi Auspici, dote, letto geniale, nuziali faci: ogni cosa alfine si contemplò, che in donna pure la notte cela.

38. Siegue rovina, se a caso o per malizia del

incertum: nam utrumque auctores prodidere: sed omnibus, quae huic urbi per violentiam ignium acciderunt, gravior atque atrocior. Initium in ea parte Circi ortum, quae Palatino Caelioque montibus contigua est. Ubi per tabernas, quibus id mercimonium inerat, quo flamma alitur, simul coeptus ignis et statim validus, ac vento citus, longitudinem Circi corripuit. Neque enim domus munimentis septae, vel templa muris cincta, aut quid aliud morae interjacebat. Impetu pervagatum incendium plana primum, deinde in edita adsurgens, et rursum inferiora populando, anteiit remedia velocitate mali, et obnoxia urbe arctis itineribus, hucque et illuc flexis, atque enormibus vicis, qualis vetus Roma fuit. Ad hoc lamenta paventium foeminarum, fessa senum ac rudis pueritiae aetas, quique sibi, quique aliis consulebant, dum trahunt invalidos, aut opperiuntur, pars morans, pars festinans, cuncta impediebant: et saepe, dum in tergum respectant, lateribus aut fronte circumveniebantur; vel, si in proxima evaserant, illis quoque igni correptis, etiam, quae longinqua crediderant, in eodem casu reperiebantur. Postremo, quid vitarent, quid peterent ambigui, complere vias, sterni per agros: quidam amissis omnibus fortunis, diurni quoque victus, alii caritate suorum, quos eripere nequiverant, quamvis patente effugio, interiere. Nec quisquam defendere audebat, crebris multorum minis restinguere prohibentium, et quia alii palam faces jaciebant, atque esse sibi auctorem vociferabantur: sive ut raptus licentius exercerent, seu jussu.

Principe non si sa, poichè gli autori narrarono l'uno e l'altro; ma di quante a questa città per furia d'incendio avvennero la più funesta ed atroce. Scoppiò l'incendio laddove il Circo congiungesi al Palatino ed al Celio. Ivi per le taverne, dov'eran merci onde alimentasi il fuoco, ingagliarditasi appena insorta la fiamma, ed incitata dal vento, l'intero Circo occupò: poichè non case di recinti afforzate, non templi cinti di mura, od altro ne rattenevan la furia. Trascorso prima con impeto per i piani, quindi inalzandosi all'eminenze, e nuovamente infuriando al basso, precorse con la velocità della rovina i rimedj, e le vie torte ed anguste, e i sozzi vicoli della città, quale fu Roma antica, lo favorivano. Aggiungi il piagnere delle femmine spaventate, il guajolar de'vecchi, e de'fanciulli smarriti, e chi per se e chi per altri affannavasi, nel trasportar gl'infermi o aspettarli, quali arrestandosi, quali affrettandosi, tutto intrigavano: e spesso, mentre si guardano a tergo, ne' fianchi o a fronte eran presi: correano a'luoghi vicini, ed eran preda del fuoco; e ne'lontani ancora, creduti salvi, fuoco e ruina incontravasi. Alfine, incerti donde fuggire, ove andare, empion le strade, sdrajansi per i campi: alcuni, perduta ogni sostanza, il vitto sino d'un dì; altri per amor de'congiunti che non poteron salvare, quantunque avessero lo scampo aperto, perirono. Nè alcuno osava di estinguerlo per le minacce reiterate di molti che lo vietavano, e perchè altri lanciavan fiaccole palesemente, e d'esserne comandati vociferavano; o per più licenziosamente rubare, o che il comando ne avessero.

39. *Eo in tempore Nero, Antii agens, non ante in urbem regressus est, quam domui ejus, qua palatium et Moecenatis hortos continuaverat, ignis propinquaret. Neque tamen sisti potuit, quin et palatium et domus et cuncta circum haurirentur. Sed solatium Populo exturbato et profugo campum Martis ac monumenta Agrippae; hortos quin etiam suos patefecit; et subitaria aedificia extruxit, quae multitudinem inopem acciperent: subvectaque utensilia ab Hostia, et propinquis municipiis; pretiumque frumenti minutum, usque ad ternos nummos. Quae, quamquam popularia, in irritum cadebant, quia pervaserat rumor*, ipso tempore flagrantis urbis, inisse eum domesticam scenam, et cecinisse Trojanum excidium, praesentia mala vetustis cladibus adsimulantem.

40. *Sexto demum die, apud imas Esquilias, finis incendio factus, prorutis per immensum aedificiis, ut continuae violentiae campus et velut vacuum coelum occurreret. Nec dum posito metu, redibat levius rursum grassatus ignis, patulis magis urbis locis; eoque strages hominum minor. Delubra Deum, et porticus amoenitati dicatae latius procidere. Plusque infamiae id incendium habuit, quia praediis Tigellini Aemilianis proruperat. Videbaturque Nero condendae urbis novae, et cognomento suo adpellandae gloriam quaerere. Quippe in regiones quatuordecim Roma dividitur: quarum quatuor integrae manebant, tres solo tenus dejectae: septem reliquis pauca tectorum vestigia supererant lacera et semiusta.*

39. Stavasi allora Nerone in Anzio, nè prima in Roma tornò, che il fuoco gli minacciasse la casa, ov'ei l'aggiunse al palazzo e agli orti di Mecenate. Non potè pure arrestarsi, che il palazzo, e la casa insieme, ed ogni cosa all'intorno non divorasse. Ma per conforto allo sbigottito e ramingo popolo aperse il Campo di Marte ed i sepolcri d'Agrippa, ed anche i proprj giardini: e rizzò case in fretta da ricovrare il volgo indigente: e masserizie da Ostia e dalle città contigue si trasportarono; ed il frumento scemò di prezzo sino a tre nummi. Le quali cose quantunque popolaresche, vane riuscivano pel romor corso *ch' egli nel punto stesso, che Roma ardeva, nel suo teatro domestico cantò l'eccidio Trojano, assomigliando i presenti mali alle antiche calamità*.

40. Nel sesto giorno alfine appiè dell' Esquilie posò l'incendio, atterrata un' immensità di edifizj, perchè la continua furia sol terra ed aere vano incontrasse. Nè ancor posato il timore si ravvivava l'incendio più leggiermente, avanzatosi per i più aperti luoghi della città; e perciò minore fu l' esterminio degli uomini. Più vasta fu la rovina de' sacri templi e de' portici dedicati all' amenità. E fu quest' incendio più infame, perchè sboccò da' campi Emiliani di Tigellino. E parea che Nerone la gloria ambisse di fondar nuova città, e dal suo nome appellarla. Poichè de' quattordici rioni, ne' quali Roma dividesi, quattro rimasero interi, tre ragguagliati al suolo, serbavano gli altri sette poche vestigie di case lacere e semiarse.

41. *Domuum, et insularum, et templorum, quae amissa sunt, numerum inire haud promptum fuerit: sed vetustissima religione, quod Servius Tullius Lunae; et Magna ara fanumque, quae praesenti Herculi Arcas Evander sacraverat; aedesque Statoris Jovis, vota Romulo, Numaeque regia; et delubrum Vestae cum Penatibus Populi Romani, exusta. Jam opes tot victoriis quaesitae, et Graecarum artium decora, exin monimenta ingeniorum antiqua et incorrupta, quamvis, in tanta resurgentis urbis pulchritudine, multa seniores meminerint, quae reparari nequibant. Fuere, qui adnotarent, XIIII Kalen. Sextiles principium incendii hujus ortum, quo et Senones captam urbem inflammaverant. Alii eo usque cura progressi sunt, ut totidem annos mensesque et dies inter utraque incendia numerent.*

42. *Ceterum Nero usus est patriae ruinis, extruxitque domum, in qua haud perinde gemmae et aurum miraculo essent, solita pridem et luxu vulgata, quam arva et stagna, et in modum solitudinum hinc silvae, inde aperta spatia, et prospectus; magistris et machinatoribus Severo et Celere, quibus ingenium et audacia erat, etiam quae natura denegavisset, per artem tentare, et viribus Principis inludere. Namque*, ab lacu Averno navigabilem fossam usque ad ostia Tiberina depressuros, *promiserant, squalenti littore, aut per montes adversos. Neque enim aliud humidum gignendis aquis occurrit, quam Pomptinae paludes: cetera abrupta, aut arentia: ac,*

41. Agevole non sarebbe raccogliere l'intero eccidio di case, isole, e templi. Ma i templi arsero per antichità venerabili, quello che Servio Tullo alla Luna; e la grand'Ara e il Sacrario, che Evandro Arcade al presente Ercole consagrò; quello di Giove Statore, voto di Romolo; e la Regia di Numa; e il Delubro di Vesta co' Dei Penati di Roma. Arsero le ricchezze, frutto di tante vittorie; e i prodigj delle Arti greche, e molte opere de' grand' ingegni antiche e inviolate i più vecchi si ricordavano, che riparar non potevansi quantunque in tanta magnificenza della città rinascente. Certi osservarono che tal incendio scoppiò a' diecinove di Luglio, quel dì che i Senoni la città presa incendiarono. Alcuni giunsero sino a tal diligenza da computar fra un incendio e l'altro altrettanti anni e mesi e giorni interpostisi.

42. Ma Nerone usò delle ruine della Patria, e fabbricò tal casa ove le gemme e l'oro, fregj usuali ed inviliti dal lusso, non così fossero di maraviglia, siccome i campi ed i laghi, e a guisa di solitudine di qua boschi, di là prospetti di pianure amenissime; per magistero ed opera di Severo e di Celere, ch' aveano ingegno e temerità di tentar coll'arte quanto non consentisse pur la natura, e scialacquar le forze del Principe. Poichè promisero *di scavare dal Lago Averno un canale, sino alla foce del Tevere, navigabile* traverso l' arida riva e i contrastanti monti: chè non s' incontra altro umore a generar acque, che le Paludi Pontine; il resto è terra squallida o dura, e d' aspra fatica a romper-

si perrumpi possent, intolerandus labor, nec satis caussae. Nero tamen, ut erat incredibilium cupitor, effodere proxima Averno juga connixus est: manentque vestigia irritae spei.

43. *Ceterum, urbis quae domui supererant, non, ut post Gallica incendia, nulla distinctione, nec passim erecta, sed dimensis vicorum ordinibus, et latis viarum spatiis, cohibitaque aedificiorum altitudine, ac patefactis areis, additisque porticibus, quae frontem insularum protegerent.* Eas porticus, *Nero*, sua pecunia extructurum, purgatasque areas dominis traditurum, *pollicitus est. Addidit praemia pro cujusque ordine, et rei familiaris copiis: finivitque tempus, intra quod effectis domibus aut insulis adipiscerentur.* Ruderi accipiendo Hostienses paludes *destinabat*, utique naves, quae frumentum Tiberi subvectassent, onustae rudere decurrerent. Aedificiaque ipsa, certa sui parte, sine trabibus, saxo Gabino Albanove solidarentur: *quod is lapis igni impervius est.* Jam aqua, privatorum licentia intercepta, quo largior et pluribus locis in publicum flueret, custodes, et subsidia reprimendis ignibus in propatulo, quisque haberet: nec communione parietum, sed propriis quaeque muris ambirentur. *Ea, ex utilitate accepta, decorem quoque novae urbi adtulere. Erant tamen, qui crederent,* veterem illam formam salubritati magis conduxisse, quoniam angustiae itinerum, et altitudo tectorum non perinde solis vapore perrumperentur: at nunc patulam latitudinem, et nulla umbra defensam, graviore aestu ardescere.

sì, nè d'alcun prò. Pure Nerone, come di cose incredibili desideroso, sforzossi a scavare i monti presso all' Averno: e durano le vestigie delle sue vane speranze.

43. Ma quanto avanzò di Roma al palazzo non fu, come dopo l' incendio Gallico, edificato senza disegno e confusamente, ma con ispaziose strade tirate a linea, frenando ancora l' altezza degli edifizj, ed ampliate le piazze, ed aggiunti i portici, che proteggesser la fronte degl' isolati. S' offrì Nerone *di costruir que' portici a proprie spese, e cederne il suolo netto a' padroni*. Aggiunse premj secondo il grado e le facoltà di ciascuno; e fissò il tempo a compier isole e case per acquistarseli. Destinò *le paludi Ostiensi ad ingojare i rottami delle ruine, e a trasportarli i navigli, che il grano a Roma recassero per il Tevere; e che gli stessi edifizj, sino a una certa altezza, senza legnami, di pietre Albane o Gabine si rassodassero:* perchè tal pietra è impenetrabile al fuoco. *E perchè l' acqua, da' privati usurpata, pel pubblico più copiosa ed in più luoghi scorresse, vi fosser guardie e soccorsi in pubblico onde ammorzar gl' incendj: ed ogni casa di mura non già comuni ma proprie si circondasse.* Tali cose, dall' utilità consigliate, aggiunser anche bellezza alla nuova città. Pur v' era chi *più salubre l' antica forma credeva; poichè le anguste strade e gli eccelsi tetti rintuzzano la veemenza del sole, ch' or per le vaste contrade, e da niun' ombra difese, fiammeggia ed arde più fervido*.

44. *Et haec quidem humanis consiliis providebantur. Mox petita a Diis piacula, aditique Sibyllae libri, ex quibus supplicatum Vulcano et Cereri Proserpinaeque, ac propitiata Juno per matronas, primum in Capitolio, deinde apud proximum mare: unde hausta aqua templum et simulacrum Deae prospersum est; et sellisternia ac pervigilia celebravere foeminae, quibus mariti erant. Sed non ope humana, non largitionibus Principis, aut Deum placamentis, decedebat infamia, quin jussum incendium crederetur. Ergo abolendo rumori Nero subdidit reos, et quaesitissimis poenis adfecit, quos per flagitia invisos, vulgus* Christianos *adpellabat. Auctor nominis ejus Christus, Tiberio imperitante, per Procuratorem Pontium Pilatum supplicio adfectus erat. Repressaque in praesens exitiabilis superstitio rursus erumpebat, non modo per Judaeam, originem ejus mali, sed per urbem etiam, quo cuncta undique atrocia aut pudenda confluunt, celebranturque. Igitur primo correpti, qui fatebantur, deinde, indicio eorum, multitudo ingens, haud perinde in crimine incendii, quam odio humani generis, convicti sunt. Et pereuntibus addita ludibria, ut ferarum tergis contecti, laniatu canum interirent, aut crucibus adfixi, aut flammandi, atque, ubi defecisset dies, in usum nocturni luminis urerentur. Hortos suos ei spectaculo Nero obtulerat, et Circense ludicrum edebat, habitu aurigae permixtus plebi, vel curriculo insistens. Unde, quamquam adversus sontes et novissima exempla meritos, miseratio*

44. E tali cose l'umano senno apprestava. Poi si cercarono sagrifizj espiatorj agli Dei, e consultaronsi i libri della Sibilla, secondo i quali fu supplicato a Vulcano e a Cerere ed a Proserpina, e placata dalle matrone Giunone, prima nel Campidoglio, poi presso al mare vicino, donde s'attinse l'acqua, e se ne asperse il tempio e la immagine della Dea; e dalle donne, che avean marito, seggj e vigilie si celebrarono. Ma non per ajuto umano, non per munificenza del Principe, o placamenti di Numi, l' infamia diminuivasi che l'incendio non si credesse ordinato. A spegnerne dunque il grido Nerone rei dichiarò, punendoli con ogni barbaro strazio, coloro, che per infamie abborriti, appella il volgo *Cristiani*. Cristo, autore di cotal nome, signoreggiando Tiberio, da Ponzio Pilato Procuratore fu giustiziato. E, per allor compressa, tale funesta superstizione rinvigoriva, non in Giudea solamente, origine di tal peste [1], ma in Roma stessa, ove quant'è d'atroce e vergognoso pel mondo si unisce e celebra. Presi dunque primieramente quanti si professavan *Cristiani*, una gran turba poi denunziata da questi, non tanto perchè rei dell'incendio, quanto per l'odio dell'uman genere condannaronsi. Ed allo strazio s'unì lo scherno, chè involti in pelli di fiere fossero sbranati da'cani, o posti in croce; o intonacati di pece, mancato il giorno, quali notturne fiacole ardessero. Nerone i proprj giardini offerse a tale spettacolo; e celebrava i giuochi Circensi tramisto al volgo in abito di cocchiere o in sul cocchio. Onde per tali, benchè colpevoli e d'ogni supplizio degni, pietà nasceva, come non gia per pubblica uti-

oriebatur, tamquam non utilitate publica, sed in saevitiam unius, absumerentur.

45. *Interea conferendis pecuniis pervastata Italia, provinciae eversae, sociique Populi, et quae civitatum liberae vocantur. Inque eam praedam etiam Dii cessere, spoliatis in urbe templis, egestoque auro, quod triumphis, quod votis, omnis Populi Romani aetas prospere, aut in metu, sacraverat. Enimvero, per Asiam atque Achajam non dona tantum, sed simulacra numinum abripiebantur, missis in eas provincias Acrato, ac Secundo Carinate. Ille libertus, cuicunque flagitio promptus; hic, Graeca doctrina ore tenus exercitus, animum bonis artibus non induerat. Ferebatur* Seneca, quo invidiam sacrilegii a semet averteret *longinqui ruris secessum* oravisse: et postquam non concedebatur, ficta valetudine quasi, aeger nervis, cubiculum non egressus. *Tradidere quidam*, venenum ei per libertum ipsius, cui nomen *Cleonicus*, paratum jussu Neronis: vitatumque a Seneca, proditione liberti, seu propria formidine, dum persimplici victu; et agrestibus pomis, ac, si sitis admoneret, profluente aqua vitam tolerat.

46. *Per idem tempus gladiatores apud oppidum Praeneste, tentata eruptione, praesidio militis, qui custos aderat, coerciti sunt: jam* Spartacum et vetera mala *rumoribus ferente Populo, ut est novarum rerum cupiens pavidusque. Nec multo post clades rei navalis accipitur: non bello (quippe haud alias tam immota pax) sed certum ad diem* in Campaniam redire classem *Nero jus-*

lità, ma per trastullo d' un barbaro s' immolassero.

45. Intanto per ammassar danari si devastava Italia, si rovinavano le provincie, e le nazioni alleate, e le città che *libere* appellansi. Ed in siffatta rapina caddero gli stessi Dii, spogliati i templi di Roma, e trattone l'oro, che aveva il popol romano per tutta la vita sua co' trionfi, co' voti, nelle paure o nelle prosperità consagrato. Per l'Acaja certo e per l'Asia da Secondo Carinate ed Acrato colà mandati, non solo i doni, ma i simulacri rapivansi degli Dei. Questi, liberto, deciso ad ogni ribalderìa: quegli avea greca dottrina in bocca, ma in cuore niuna virtù. Si bisbigliava, *che Seneca per trarsi al carico del sacrilegio pregasse di ritirarsi in una villa lontana, e non impetratolo, fintosi infermo quasi straziato dalla podagra più non uscisse di camera*. Narrano alcuni *che un suo liberto, detto Cleonico, gli apprestasse per ordine di Nerone il veleno e Seneca lo schivasse, avvertitone dal liberto o dalla propria paura, mentre con acqua corrente ed agresti poma la vita sua sostentava.*

46. Nel tempo stesso i gladiatori in Preneste, attentatisi di fuggire, furono da' soldati colà di guardia affrenati: già altamente romoreggiandosi *Spartaco e i danni antichi* dal popolo, come egli è cupido e timido di novità. Nè molto dopo s' ascolta l' armata rotta, non già per guerra, chè mai non v'ebbe più salda pace, ma per aver Nerone fissato il giorno da ricondurla in Campania senza rispetto a' casi del

serat, non exceptis maris casibus. Ergo gubernatores, quamvis saeviente pelago, a Formiis movere; et gravi Africo, dum promontorium Miseni superare contendunt, Cumanis littoribus impacti, triremium plerasque, et minora navigia passim amiserunt.

47. *Fine anni vulgantur prodigia, imminentium malorum nuntia. Vis fulgurum non alias crebrior, et sidus cometes, sanguine inlustri semper Neroni expiatum. Bicipites hominum aliorumque animalium partus abjecti in publicum, aut in sacrificiis, quibus gravidas hostias immolare mos est, reperti. Et in agro Placentino, viam propter, natus vitulus, cui caput in crure esset. Secutaque Haruspicum interpretatio;* parari rerum humanarum aliud caput, sed non fore validum, neque occultum: quia in utero repressum, aut iter juxta editum sit.

48. *Ineunt deinde Consulatum Silius Nerva et Atticus Vestinus, coepta simul et aucta conjuratione, in quam certatim nomina dederant, Senatores, Eques, miles, foeminae etiam, cum odio Neronis, tum favore in C. Pisonem. Is Calpurnio genere ortus, ac multas insignesque familias paterna nobilitate complexus, claro apud vulgum rumore erat, per virtutem, aut species virtutibus similes. Namque facundiam tuendis civibus exercebat, largitionem adversus amicos, et ignotis quoque comi sermone et congressu. Aderant etiam fortuita, corpus procerum, decora facies. Sed procul gravitas morum, aut voluptatum parsimonia: lenitati ac magnificentiae,*

mare. I piloti dunque, sebbene il golfo infuriasse, sciolser da Formia, e da impetuoso Affrico sbattuti a' lidi Cumani, mentre si sforzano di spuntare il promontorio Miseno, perdetter molte galee con altre navi minori.

47. In sul finire dell'anno prodigj avvennero, nunzj de' mali imminenti. Scoppio, non mai così frequente, di fulmini: cometa, sempre da Nerone placata con sangue illustre: parti a due teste d'uomini o d'altri animali, gittati via per le strade, o trovati ne' sagrifizj, ov'usa immolar vittime gravide: ed un vitello, nel territorio Piacentino lungo la via, col capo nacquesi in una gamba. E dagli Aruspici s'interpretò, *che un altro capo apprestavasi all' universo ma non durevole, e non occulto: perchè nell' utero si travolse, e nacque presso la strada.*

48. Entrano quindi Silio Nerva ed Attico Vestino Consoli sul nascere e dilatarsi in un tratto d'una congiura, a cui si ascrissero a gara Senatori, Cavalieri, soldati, donne eziandio, così per odio a Nerone, come in grazia di Gneo Pisone. Questi, di stirpe Calpurnia, e per nobiltà paterna a molte famiglie illustri attenente, era di chiaro grido nel popolo per virtù o forme a virtù somiglianti. Poichè usava facondia a difendere i cittadini, liberalità con gli amici, e nel parlare e nel conversare pur con gl'ignoti cortese. Era di naturali pregi anche ornato; alta persona, aspetto avvenente; ma niuna gravità di costumi, nè sobrietà di piaceri: alla morbidezza ed alla magnificenza, e alla lussuria talora

et aliquando luxui indulgebat. Idque pluribus probabatur; qui, in tanta vitiorum dulcedine, summum imperium non restrictum, nec perseverum volunt.

49. *Initium conjurationi non a cupiditate ipsius fuit: nec tamen facile memoraverim, quis primus auctor, cujus instinctu concitum sit, quod tam multi sumpserunt. Promptissimos Subrium Flavium, Tribunum Praetoriae cohortis, et Sulpicium Asprum, Centurionem extitisse, constantia exitus docuit. Et Lucanus Annaeus, Plautiusque, Lateranus, Consul designatus, vivida odia intulere. Lucanum propriae caussae accendebant, quod famam carminum ejus premebat Nero, prohibueratque ostentare, vanus aemulatione: Lateranum, Consulem designatum, nulla injuria, sed amor Reip. sociavit. At Flavius Scevinus et Afranius Quinctianus, uterque Senatorii Ordinis, contra famam sui, principium tanti facinoris capessivere. Nam Scevino dissoluta luxu mens, et proinde vita somno languida: Quinctianus mollitia corporis infamis, et a Nerone probroso carmine diffamatus, contumelias ultum ibat.*

50. *Ergo, dum* scelera Principis, et finem adesse imperii, deligendumque, qui fessis rebus succurreret, *inter se aut inter amicos jaciunt, adgregavere Tullium Senecionem, Cervarium Proculum, Vulcatium Araricum, Julium Tugurinum, Munatium Gratum, Antonium Natalem, Martium Festum, Equites Romanos: ex quibus Senecio, e praecipua familiaritate Neronis, speciem*

s'abbandonava. E questo a molti aggradiva, i quali in tanta soavità di vizj nè parca vogliono, nè troppo rigida signoria.

49. Non nacque da cupidigia sua la congiura: nè dir saprei facilmente chi primo fosse ad eccitar cosa, di che tanti fecero impresa. Prontissimi ad intraprenderla mostrò Subrio Flavio tribuno de' pretoriani, e il centurione Sulpizio Aspro l'intrepidità della morte. E Lucano Anneo, e Plauzio Laterano, Consolo disegnato, violenti odj vi trassero. Lucano privata ira accendeva, perchè Nerone la fama de' suoi versi oppressava; e proibì per vana rivalità di produrli. Nessuna ingiuria, fu amore della repubblica, che vi meschiò Laterano. Ma Flavio Scevino ed Afranio Quinziano, entrambi di qualità senatoria, contro la propria riputazione a compiere tanto attentato s'accinsero. Poichè Scevino avea l'anima estenuata dalla lussuria, e quindi immersa nel sonno: Quinziano vituperoso per sozza effeminatezza, e da Nerone con obbrobriosi versi infamato, a vendicarsi anelava.

50. Mentre fra loro dunque o fra gli amici tempestano *delle nequizie del Principe*, *del già traboccante imperio*, *e di scegliere chi all' abbattuto stato soccorra*, aggregaronsi Tullio Senecione, Cervario Procolo, Vulcazio Ararico, Giulio Tugurino, Munazio Grato, Antonio Natale, Marzio Festo, cavalieri romani: tra' quali Senecione, dell'intima familiarità di Nerone serbando ancor l'apparenza

amicitiae etiam tum retinens, eo pluribus periculis conflictabatur. Natalis particeps ad omne secretum Pisoni erat. Ceteris spes ex novis rebus petebatur. Adscitae sunt, super Subrium et Sulpicium, de quibus retuli, militares manus, Granius Silvanus et Statius Proximus, Tribuni cohortium praetoriarum, Maximus Scaurus et Venetus Paullus, Centuriones. Sed summum robur in Fenio Rufo Praefecto videbatur, quem, vita famaque laudatum, per saevitiam impudicitiamque Tigellinus in animo Principis anteibat, fatigabatque criminationibus, ac saepe in metum adduxerat, quasi adulterium Agrippinae, et desiderio ejus ultioni intentum. *Igitur, ubi conjuratis Praefectum quoque Praetorii in partes descendisse, crebro ipsius sermone, facta fides; promptius jam de tempore ac loco caedis agitabant. Et* cepisse impetum *Subrius Flavius ferebatur*, in scena canentem Neronem adgrediendi; aut cum ardente domo per noctem huc illuc cursaret incustoditus. *Hic occasio solitudinis; ibi ipsa frequentia, tanti decoris testis, pulcherrimum animum extimulaverant: nisi impunitatis cupido retinuisset, magnis semper conatibus adversa.*

51. *Interim cunctantibus prolatantibusque spem ac metum, Epicharis quaedam, incertum quonam modo sciscitata (neque illi ante ulla rerum honestarum cura fuerat) accendere, et arguere conjuratos: ac postremo lentitudinis eorum pertaesa, et in Campania agens, primores classiariorum Misenensium labefacere, et conscientia*

dell' amicizia, di più pericoli travagliava. Natale, d'ogni segreto partecipe di Pisone; porgeva agli altri speranza la mutazione del Principe. Aggregaronsi, oltre i già detti Subrio e Sulpizio, i militari Granio Silvano e Stazio Prossimo tribuni de' pretoriani, Massimo Scauro e Veneto Paolo centurioni. Ma il maggior nervo credevasi Fenio Rufo Prefetto, sulla cui celebrata onestà per la impudicizia e crudeltà prevaleva nel cuor del Principe Tigellino, e d'accuse lo travagliava, ed in sospetto sovente il pose, *quasichè adultero, ed ancor tenero di Agrippina, a vendicarla agognasse*. Dunque, poichè da' suoi frequenti discorsi i congiurati accertaronsi, che il Prefetto ancor del Pretorio alla congiura aderiva, già più animosi *il tempo e il luogo dell' assassinio* trattavano. E bisbigliavasi, *che Subrio Flavio trascorse all' impeto d' assaltarlo in sul cantar nella scena, o quando, illuminato il palazzo qua e là scorresse di notte per la città senza guardie*. Qui l'occasion della solitudine; ivi il concorso stesso, testimonio di tanta gloria, il generoso animo stimolavano: se non lo avesse frenato brama d'impunità, sempre alle grandi imprese contraria.

51. Mentre indugiano, e la speranza ed il timore prolungano, una Epicari, non si sa come istruitane (nè per lo innanzi cura mai tenne di cose oneste) accende e stimola i congiurati: e finalmente nojata di lor tardanza, e trovandosi nella Campania, s'attentò di sedurre e involgere nella congiura i capi dell' armata Misena, con tale cominciamento. Eravi

inligare connixa est tali initio. Erat Chiliarchus in ea classe Volusius Proculus, occidendae matris Neronis inter ministros, non ex magnitudine sceleris provectus, ut rebatur. Is mulieri olim cognitus, seu recens orta amicitia, dum merita erga Neronem sua, et quam in irritum cecidissent, *aperit*, *adjicitque questus et* destinationem vindictae, si facultas oriretur, *spem dedit*, *posse impelli et plures conciliare. Nec leve auxilium in classe, crebras occasiones; quia Nero multo apud Puteolos et Misenum maris usu laetabatur. Ergo Epicharis plura: et omnia scelera Principis orditur:* neque Senatui quid manere; sed provisum quonam modo, poenas eversae Reipublicae daret: accingeretur modo navare operam, et militum acerrimos duceret in partes, ac digna pretia expectaret. *Nomina tamen conjuratorum reticuit. Unde Proculi indicium irritum fuit, quamvis ea, quae audierat, ad Neronem detulisset. Accita quippe Epicaris, et cum indice composita, nullis testibus innixum facile confutavit. Sed ipsa in custodia retenta est, suspectante Nerone, haud falsa esse, etiam quae vera non probabantur.*

52. *Conjuratis tamen, metu proditionis permotis, placitum maturare caedem apud Bajas, in villa Pisonis: cujus amoenitate captus Caesar creber eo ventitabat, balneasque et epulas inibat, omissis excubiis, et fortunae suae mole. Sed abnuit Piso*, invidiam *praetendens*, si sacra mensae, Diique hospitales caede qualiscumque Principis cruentarentur: melius apud urbem, in illa invisa

Celiarca Volusio Procolo, a trucidar la madre di Nerone avvenutosi, dalla grandezza della ribalderìa non promosso, quanto pensavasi. Questi, o già noto alla donna, o dianzi fattole amico, mentre le svela *i suoi meriti con Nerone*, *e come andassero invano*, e querele aggiunge *e il proposito*, *venuto il destro*, *di vendicarsene*, mosse speranza di poter essere guadagnato e guadagnare altri più. Nè di lieve ajuto l'armata, e frequenti erano le occasioni; perchè Nerone molto a Pozzuolo e a Miseno del mare si deliziava. Adunque Epicari più cose espone e tutte le scelleratezze del Principe: *nè dal Senato altro aspettarsi*[2] *; ma provvedutosi come pagasse il fio dell' atterrata repubblica : s' accinga solo a spronar l'impresa e a trarre nella congiura i più feroci soldati*, *e degno premio ne attenda*. Pur tacque i nomi de' congiurati. Onde fu vana la delazione di Procolo, benchè svelasse a Nerone quanto ascoltò. Perocchè fatto venire e posta Epicari a fronte all' accusatore, agevolmente lo ributtò mancante di testimoni. Ma fu rattenuta in carcere, sospettando Nerone non esser falso ciò che pur vero non si chiariva.

52. A' congiurati però, commossi dalla paura del tradimento, piacque affrettar l' assassinio in villa di Pisone a Baja, ove, presone dalla vaghezza, usava Cesare frequentemente, bagnavasi, banchettava, le guardie e la maestà deposta di sua grandezza. Ma ricusò Pisone, allegando *l' odio*, *se la santità de' conviti*, *e gl' Iddii ospitali*, *del sangue di qualsivoglia Principe s' imbrattassero*.

et spoliis civium extructa domo, vel in publico patraturos, quod pro Rep. suscepissent. *Haec in commune: ceterum timore occulto, ne L. Silanus eximia nobilitate, disciplinaque C. Cassii, apud quem educatus erat, ad omnem claritudinem sublatus, imperium invaderet, prompte daturis operam, qui a conjuratione integri essent, quique miserarentur Neronem, tamquam per scelus interfectum. Plerique*, Vestini quoque Consulis acre ingenium vitavisse Pisonem *crediderunt*, ne ad libertatem moveretur, vel, delecto imperatore alio, sui muneris Remp. faceret. *Etenim expers conjurationis erat; quamvis super eo crimine Nero vetus adversus insontem odium expleverit.*

53. *Tandem statuere, Circensium Ludorum die, qui Cereri celebratur, exequi destinata: quia Caesar, rarus egressu, domoque aut hortis clausus, ad ludicra Circi ventitabat, promptioresque aditus erant laetitia spectaculi. Ordinem insidiis composuerant*, ut Lateranus, quasi subsidium rei familiari oraret, deprecabundus, et genibus Principis accidens, prosterneret incautum, premeretque, animi validus, et corpore ingens. Tum jacentem et impeditum Tribuni et Centuriones, et ceterorum ut quisque audentiae habuisset, accurrerent, trucidarentque: primas sibi partes *expostulante Scevino, qui pugionem templo Salutis in Etruria, sive, ut alii tradidere, Fortunae Ferentino in oppido, detraxerat, gestabatque velut magno operi sacrum*. Interim Piso apud aedem

Meglio in Roma, in quell' abborrita e delle spoglie de' cittadini costrutta casa, o nel pubblico eseguirebbero quanto intrapresero per la repubblica. Questo diceva, ma per segreta paura, che L. Silano, dalla nobiltà somma e dal magistero di Cajo Cassio, suo istitutore, inalzato ad ogni chiarezza, non occupasse l' imperio col pronto favor di quanti fosser puri della congiura, e di quanti compassionasser Nerone, come per empietà trucidato. Molti credettero *che Pisone l' animo altero temesse ancor di Vestino Console, che a libertà non corresse, o che, trascelto altro Principe, non facesse di sua ragion la Repubblica.* Poichè non era partecipe della congiura: benchè Nerone usasse di tal congiura per isbramar l'odio antico contro di un innocente.

53. Convennero finalmente di compier l'opera il dì de' giuochi Circensi a Cerere sacri, perocchè Cesare, in casa chiuso o negli orti di rado uscendo, recavasi frequentemente a' giuochi del Circo, e dava più comodità d'accostarglisi la gioja dello spettacolo. Così la trama composero, *che Laterano, quasi per implorar sollievo alle indigenze domestiche, supplichevole si prostrasse alle ginocchia del Principe, e spensierato lo rovesciasse e calcasse, grande com' era e gagliardo di corpo e d' animo. I tribuni allora, ed i centurioni, e quanti avesser mai cuore, accorressero, ed atterrato e intricato lo trucidassero:* offrendosi al primo colpo Scevino, che un pugnal tolse dal tempio della Salute in Toscana, o, come altri narrano, della Fortuna in Ferento, e come sacro portavalo a grande im-

Cereris opperiretur, unde eum Praefectus Fenius et ceteri accitum ferrent in castra, comitante Antonia Claudii Caesaris filia, ad eliciendum vulgi favorem: *quod C. Plinius memorat. Nobis quoque modo traditum non occultare in animo fuit, quamvis absurdum videretur, aut inanem ad spem Antoniam nomen et periculum commodavisse, aut Pisonem, notum amore uxoris, alii matrimonio se obstrinxisse: nisi si cupido dominandi cunctis adfectibus flagrantior est.*

54. *Sed mirum, quam inter diversi generis, ordinis, aetatis, sexus, dites, pauperes taciturnitate omnia cohibita sint: donec proditio coepit e domo Scevini: qui pridie insidiarum, multo sermone cum Antonio Natale, dein regressus domum, testamentum obsignavit: promptum vagina pugionem, de quo supra retuli,* vetustate obtusum *increpans*, asperari saxo, et in mucronem ardescere *jussit; eamque curam liberto Milicho mandavit. Simul adfluentius solito convivium initum: servorum carissimi libertate, et alii pecunia donati. Atque ipse maestus, et magnae cogitationis manifestus erat, quamvis laetitiam vagis sermonibus simularet. Postremo* vulneribus ligamenta, quibusque sistitur sanguis, parare *eundem Milichum monet; sive gnarum conjurationis, et illucusque fidum; seu nescium, et tunc primum adreptis suspicionibus, ut plerique tradidere, de consequentibus. Nam, cum secum servilis animus praemia perfidiae reputavit, simulque im-*

presa. *Pisone intanto aspettasse al tempio di Cerere, donde trattolo Fenio Prefetto e gli altri lo condurrebbero al campo, accompagnandolo Antonia, figlia di Claudio Cesare, per risvegliare il favor del volgo:* lo che narrasi da Cajo Plinio. Comunque ciò si racconti; io volli pur non tacerlo, benchè ci paresse assurdo o che Antonia prestasse il nome con suo pericolo ad una vana speranza, o che Pisone, noto per l'affezione alla moglie, si fosse ad altre nozze obbligato: se pure l'avidità di signoreggiare non è d'ogni altro affetto più ardente.

54. Ma fu maraviglioso il silenzio, in cui si tenne ogni cosa fra ricchi e poveri di qualità, di grado, di età, di sesso dissimili: sinchè il romore ne uscì di casa Scevino, il quale il giorno innanzi alla trama discorso a lungo con Antonio Natale, quindi tornato a casa suggellò il testamento, e col pugnale sguainato, di cui già dissi, *di ruggin scabro* adirandosi, comandò, *che s' innasprasse alla cote, e la punta ne fiammeggiasse*. E diè tal cura a Milico suo liberto. Appresta insieme un convito oltre l'usato più splendido: a' più cari servi la libertà, ad altri donò danajo; ed egli mesto e in gran pensiere mostravasi; benchè gioja col parlar vario affettasse. Ordina in fine allo stesso Milico d'apprestar fasce per le ferite; onde arrestare il sangue; o ch' egli fosse istrutto della congiura e insin allora fedele, o inconsapevole entrasse allora la prima volta in sospetto, come narrarono alcuni, di quanto ordivasi. Perocchè, appena pel cuore andarongli i premj del tradimento, e al servil animo si presentò

mensa pecunia et potentia obversabantur, *cessit fas*, *et salus patroni*, *et acceptae libertatis memoria*. *Etenim uxoris quoque consilium adsumpserat*, *muliebre ac deterius. Quippe ultro metum intentabat*, multosque adstitisse libertos ac servos, qui eadem viderint: nihil profuturum unius silentium: at praemia penes unum fore, qui indicio praevenisset.

55. *Igitur*, *coepta luce*, *Milichus in hortos Servilianos pergit: et cum foribus arceretur*, magna et atrocia adferre *dictitans*, *deductusque ab janitoribus ad libertum Neronis, Epaphroditum, mox ab eo ad Neronem* urgens periculum, graves conjurationes, *et cetera*, *quae audierat*, *conjectaveratque*, *docet*. *Telum quoque in necem ejus paratum ostendit*, *accirique reum jussit*. *Is raptus per milites et defensionem orsus*, ferrum, cujus argueretur, olim religione patria cultum, et in cubiculo habitum, ac fraude liberti subreptum, *respondit*. Tabulas testamenti saepius a se, et incustodita dierum observatione, signatas. Pecunias et libertates servis et ante dono datas; sed ideo tunc largius, quia, tenui jam re familiari, et instantibus creditoribus, testamento diffideret. Enim vero liberales semper epulas struxisse, et vitam amoenam, et duris judicibus parum probatam. Fomenta vulneribus nulla jussu suo, sed, quia cetera palam vana objecisset, adjungere crimen, ut sese pariter indicem et testem faceret. *Adjicit dictis constantiam. Incusat ultro* intestabilem, et consceleratum, *tanta vocis ac vultus securitate*, *ut labaret indicium*, *nisi Milichum uxor admonuisset*, Anto-

danaro immenso e potenza, obliò dovere, salute del suo padrone, e libertà ricevuta. Chè anche la moglie donnescamente al peggio lo consigliò: perocchè empivalo di paura *che molti servi e liberti le stesse cose osservarono: non gioverebbe il silenzio d' uno; ma colui premio ne avrebbe, che primo le denunziasse.*

55. Milico dunque sull' albeggiare si reca a' Serviliani giardini, e dall' ingresso respinto, spacciandosi *apportatore di cose grandi ed atroci*, e dagli uscieri condotto ad un liberto di Cesare, Epafrodito, e da questo a Cesare, svela *l' urgente pericolo, fiere congiure*, e quanto intese e congetturò. Mostra il pugnale ancora a trucidarlo apprestato, e fa che chiamisi il reo. Costui trattovi da' soldati, e fattosi alla difesa, *quel ferro*, disse, *che mi rimproveri, già venerato con religione domestica e nella camera conservato, l' empio liberto involò. Feci più volte, e senza badare a dì, testamento. Danaro e libertà diedi già prima ancora a miei servi: ma ora più largamente, perchè, scematesi le sostanze e incalzato da' creditori, io diffidava del testamento. Fu la mia tavola sempre splendida, e la mia vita gioconda, e poco da' gravi ingegni approvata. Fasce non ordinai per ferite; ma, perchè colpe palesemente false m' appose, delitto aggiunge per farsene delatore e testimonio egualmente*. Sostenne il dire con tal costanza, e lo chiamò *detestabile e scellerato* con tal fermezza di volto e voce, che già crollava l' accusa, se a Milico non suggeriva la moglie *aver Na-*

nium Natalem multa cum Scevino ac secreto collocutum, et esse utrosque C. Pisonis intimos.

56. *Ergo accitur Natalis: et diversi interrogantur*, quisnam is sermo, qua de re fuisset? *cum exorta suspicio, quia non congruentia responderant: inditaque vincla. Et tormentorum adspectum ac minas non tulere. Prior tamen Natalis, totius conjurationis magis gnarus, simul arguendi peritior*, de Pisone *primum fatetur. Deinde adjicit* Annaeum Senecam, *sive internuntius inter eum Pisonemque fuit, sive ut Neronis gratiam pararet, qui infensus Senecae, omnes ad eum opprimendum artes conquirebat. Tum, cognito Natalis indicio, Scevinus quoque, pari imbecillitate, an cuncta jam patefacta credens, nec ullum silentii emolumentum, edidit ceteros ex quibus Lucanus, Quinctianusque, et Senecio diu abnuere. Post, promissa impunitate corrupti, quo tarditatem excusarent, Lucanus* Aciliam matrem suam, *Quinctianus* Glitium Gallum, *Senecio* Annium Pollionem, *amicorum praecipuos, nominavere.*

57. *Atque interim Nero recordatus, Volusii Proculi indicio Epicharin adtineri, ratusque muliebre corpus impar dolori*, tormentis dilacerari *jubet. At illam non verbera, non ignes, non ira eo acrius torquentium, ne a foemina spernerentur, pervicere, quin objecta denegaret. Sic primus quaestionis dies contemptus. Postero, cum ad eosdem cruciatus retraheretur gestamine sellae (nam dissolutis membris insistere nequi-*

tale e Scevino parlato insieme assai cose segretamente, *ed ambo essere intrinsechi di Gneo Pisone*.

56. Chiamasi dunque Natale; e separatamente s' interrogan *di che parlassero?* quando sospetto nacque, perchè a rispondere non consentivano, e si gravaron di ferri. Nè de' tormenti la vista e le minacce sostennero. Primo però Natale, di tutta la cospirazione più istrutto, a dimostrarla ancora più sperto, nominò prima Pisone, quindi Anneo Seneca, o che tra Pisone e Seneca ei fosse a menar la trama, o che la grazia di Nerone agognasse, che avverso a Seneca tutte cercava le vie di opprimerlo. Scevino allora, intesa la confession di Natale, con pari imbecillità, forse ogni cosa credendo già palesata, nè più giovare il silenzio, rivelò gli altri: fra' quali Lucano e Quinziano e Senecione negarono lungamente. Dalla promessa impunità poi corrotti, per iscolparsi della tardanza, Lucano *Acilia sua madre*, Quinziano *Glizio Gallo*, Senecione *Annio Pollione*, primarj amici, manifestarono.

57. Ricordatosi Nerone intanto, che per indizio di Procolo Epicari si custodiva, e pensatosi che al dolore mal reggerebbe una femmina, ordina *che aspramente sia tormentata*. Ma non flagelli, non fuoco, non ira di que' che tanto più crudelmente la martoriavano per non essere da una donna scherniti, a confessare la trassero. Così la prima tortura fu vilipesa. Riconducendosi il giorno appresso in lettiga agli stessi strazj (perchè le slogate membra

bat) vinclo fasciae, quam pectori detraxerat, in modum laquei ad arcum sellae restricto, indidit cervicem, et, corporis pondere connisa, tenuem jam spiritum expressit: clariore exemplo libertina mulier, in tanta necessitate, alienos ac prope ignotos protegendo, cum ingenui et viri et equites romani Senatoresque, intacti tormentis, carissima suorum quisque pignorum proderent. Non enim omittebant Lucanus quoque et Senecio et Quinctianus passim conscios edere, magis magisque pavido Nerone, quamquam multiplicatis excubiis semet sepsisset.

58. *Quin et urbem, per manipulos occupatis moenibus, insesso etiam mari et amne, velut in custodiam dedit. Volitabantque per fora, per domos, rura quoque et proxima municipiorum, pedites equitesque, permixti Germanis, quibus fidebat Princeps, quasi externis. Continua hinc et juncta agmina trahi, ac foribus hortorum adjacere. Atque, ubi dicendam ad caussam introissent*, laetatum erga conjuratos, sed fortuitus sermo et subiti occursus, si convivium, si spectaculum simul inissent, *pro crimine accipi: cum, super Neronis ac Tigellini saevas percunctationes, Fenius quoque Rufus violenter urgeret, nondum ab indicibus nominatus, sed, quo fidem inscitiae pararet, atrox adversus socios. Idem Subrio Flavio adsistenti, adnuentique, an inter ipsam cognitionem distringeret gladium, caedemque patraret, renuit, infregitque impetum jam manum ad capulum referentis.*

non la reggevano) trattasi di seno una fascia, e all'arco della lettiga a guisa di capestro annodatola, cacciovvi il collo, e sforzandosi con tutto il corpo, il tenue fiato ne trasse che gli restava: con più illustre esempio una femmina, una liberta, in tanta calamità, proteggendo estranei, e pressochè sconosciuti, mentrechè uomini, e ingenui, e cavalieri romani, e Senatori, da tormenti non tocchi, ciascuno i suoi più cari pegni tradivano. Poichè Lucano ancora e Senecione e Quinziano non tralasciavano di palesar via via congiurati, più e più Nerone impaurendone, benchè di guardie moltiplicate si circondasse.

58. Anzi, occupate con bande armate le mura, preso anche il mare ed il fiume strinse come in un carcere la città. E per le piazze scorrevano, per le case, pe' borghi ancora e pe' municipj contigui, soldati a piedi e a cavallo, tramescolati a' Germani, ne' quali il Principe, come stranieri, fidavasi. Quinci si strascinavano a branchi i rei, ed all' ingresso de' giardini aspettavano. E dove intromessi fossero per le difese, *non solamente il sorridere a' congiurati, ma un colloquio fortuito, un saluto improvviso, l'essersi insieme ad un convito avvenuti, ad uno spettacolo*, si attribuiva a delitto; violentemente incalzandoli, oltre le fiere interrogazioni di Nerone e di Tigellino, Fenio Rufo eziandio, non palesato ancora da' relatori, ma per mostrarsi innocente, atroce contro de' complici. Lo stesso Fenio a Subrio Flavio, ch' era presente e accennavagli, se dovesse in mezzo all' esame piombargli addosso ed ucciderlo, frenò la furia nell' atto che già brandiva la spada.

59. *Fuere, qui prodita conjuratione, dum auditur Milichus, dum dubitat Scevinus hortarentur Pisonem*, pergere in castra, aut rostra escendere, studiaque militum et Populi tentare: si conatibus ejus conscii adgregarentur, secuturos etiam integros: magnamque motae rei famam, quae plurimum in novis consiliis valeret. Nihil adversum hoc Neroni provisum: etiam fortes viros subitis terreri; ne dum ille scenicus, Tigellino scilicet cum pellicibus suis comitante, arma contra cieret. Multa experiendo confieri, quae segnibus ardua videantur. Frustra silentium et fidem in tot consciorum animis et corporibus sperari. Cruciatu aut praemio cuncta pervia esse. Venturos, qui ipsum quoque vincirent, postremo indigna nece adficerent. Quanto laudabilius periturum, dum amplectitur Remp., dum auxilia libertati invocat. Miles potius deesset, et plebes desereret; dum ipse majoribus, dum posteris, si vita praeriperetur, mortem adprobaret? *Immotus his, et paullulum in publico versatus, post domi secretus, animum adversum suprema firmabat; donec manus militum adveniret, quos Nero tirones aut stipendiis recentes delegerat. Nam vetus miles timebatur, tamquam favore imbutus. Obiit, abruptis brachiorum venis. Testamentum foedis adversus Neronem adulationibus amori uxoris dedit; quam degenerem, et sola corporis forma commendatam, amici matrimonio abstulerat. Nomen mulieris Arria Galla; priori marito, Domitius Silius: hic patientia, illa impudicitia, Pisonis infamiam propagavere.*

59. V'ebbe, svelatasi la congiura, mentre s'interroga Milico, mentre Scevino vacilla, alcuni che confortaron Pisone *a trarsi al campo, o su' rostri ascendere e tentar gli animi de' soldati, e del popolo. Se i complici ne secondassero l'ardimento, lo seguirebbon anche gl'inconsapevoli: e romor grande solleverebbe il tumulto, che molto giova a' nuovi consigli. Contro ciò nulla provistosi da Nerone: la sorpresa sgomenta anche i magnanimi, non che quel mimo, scortato certo da Tigellino con le sue drude, muovesse l'armi. Più cose col cimentarsi riescono, che sembran ardue a' vigliacchi. Sperarsi indarno silenzio e fede in tanti corpi e in tant' animi consapevoli. Tutto si vince da' tormenti o da' premj. Verrebbono a incatenare anche lui, a trarlo a morte obbrobriosa. Quanto morrebbe più chiaro nell' abbracciar la repubblica, nell' invocare ajuti alla libertà! La truppa piuttosto manchigli, e lo abbandoni la plebe; purchè morendo, se gli costasse la vita, degno degli antenati, degno de' posteri si mostrasse.* Saldo a tai detti, poco aggiratosi in pubblico, poi ritiratosi in casa, corroborava l'animo contro la morte, finchè un drappello d'armati, dianzi o allora assoldati, giunsero; poichè temevansi i veterani, come devoti a Pisone. Morì, le vene squarciatosi delle braccia. Segnò un testamento sozzo di adulazioni verso Nerone per amor della moglie, la quale, ignobile e per la sola avvenente forma pregiata, dal matrimonio d' un amico egli tolse. Nomavasi la donna Arria Galla; il primo marito, Domizio Silio: questi con la pazienza,

60. *Proximam necem Plautii Laterani, Consulis designati, Nero adjungit, adeo propere, ut non complecti liberos, non illud breve mortis arbitrium permitteret. Raptus in locum servilibus poenis sepositum, manu Statii, Tribuni, trucidatur, plenus constantis silentii, nec Tribuno objiciens eandem conscientiam. Sequitur caedes Annaei Senecae, laetissima Principi, non quia conjurationis manifestum compererat, sed ut ferro grassaretur, quando venenum non processerat. Solus quippe Natalis et hactenus prompsit*: missum se ad aegrotum Senecam, ut viseret conquereturque, cur Pisonem aditu arceret? melius fore, si amicitiam familiari congressu exercuissent. *Et respondisse Senecam:* sermones mutuos et crebra colloquia neutri conducere: ceterum salutem suam incolumitate Pisonis inniti. *Haec ferre Granius Silvanus, Tribunus Praetoriae cohortis*, *et*, an dicta Natalis suaque responsa nosceret, *percunctari Senecam jubetur. Is, forte, an prudens, ad eum diem ex Campania remeaverat, quartumque apud lapidem, suburbano rure, substiterat. Illo propinqua vespera Tribunus venit, et villam globis militum sepsit. Tum ipsi, cum Pompeia Paullina uxore et amicis duobus epulanti, mandata Imperatoris edidit.*

61. *Seneca*, missum ad se Natalem, conquestumque nomine Pisonis, quod a visendo eo prohiberetur, seque rationem valetudinis et amorem quietis excusavisse, *respondit*. Cur salutem privati

quella con la disonestà, l'infamia accrebbero di Pisone.

60. Nerone quindi affrettò la morte di Plauzio Laterano, Consolo eletto, con tale precipitanza, che non d'abbracciare i figli, non quella breve elezion di morte [3] concessegli. Strascinato, ove si straziano i servi, per man di Stazio Tribuno fu trucidato, pieno di fermo silenzio, nè rinfacciando al tribuno la stessa complicità. Seguita l'uccisione di Anneo Seneca, gratissima al Principe, non perchè reo lo chiarisse della congiura, ma per assassinarlo col ferro, poichè il veleno fallì. Perocchè il solo Natale, nè più che questo, svelò, *d'essere stato spedito a Seneca infermo per visitarlo e dolersi perchè vietasse a Pisone di presentarsegli? meglio sarebbe se coltivassero l'amicizia con familiari congressi*; e d'avergli risposto Seneca, *gli abboccamenti ed i frequenti colloquj a niun di loro giovevoli: per altro la sua salute dalla salvezza dipendere di Pisone*. S'incaricò Granio Silvano, tribuno de' Pretoriani, di rapportarlo a Seneca e interrogarlo, *se tra Natale e lui corresser tali parole*. Egli era a caso, o avvedutamente, quel dì tornato dalla Campania, ed arrestatosi in villa a quattro miglia da Roma. Colà recatosi in sulla sera il tribuno, di guardie la circondò. Quindi trovatolo a mensa con la moglie Pompea Paolina e due amici, gli espose i cenni del Principe.

61. Egli rispose, *a lui venuto Natale*, e *in nome di Pisone dolutosi*, *che di vederlo gli si vietasse*, *ed ei scusatosi per salute e per amor di riposo: non aver avuto cagione di preferir la sa-*

hominis incolumitati suae anteferret, caussam non habuisse. Nec sibi promptum in adulationes ingenium. Idque nulli magis gnarum, quam Neroni, qui saepius libertatem Senecae, quam servitium expertus esset. *Ubi haec a Tribuno relata sunt, Poppaea et Tigellino coram, quod erat saevienti Principi intimum consiliorum, interrogat:* an Seneca voluntariam mortem pararet? *Tum Tribunus*, nulla pavoris signa, nihil triste in verbis ejus aut vultu deprehensum, *confirmavit. Ergo* regredi et indicere mortem *jubetur. Tradit Fabius Rusticus*, non eo, quo venerat, itinere reditum, sed flexisse ad Fenium praefectum, et expositis Caesaris jussis, an obtemperaret, interrogavisse: monitumque ab eo, ut exequeretur; *fatali omnium ignavia. Nam et Silvanus inter conjuratos erat, augebatque scelera, in quorum ultionem consenserat. Voci tamen et adspectui pepercit. Intromisitque ad Senecam unum ex Centurionibus, qui* necessitatem ultimam *denuntiaret.*

62. *Ille interritus poscit* testamenti tabulas*: ac, denegante Centurione, conversus ad amicos,* quando meritis eorum referre gratiam prohiberetur, quod unum jam, et tamen pulcherrimum habebat, imaginem vitae suae relinquere, *testatur:* cujus si memores essent, bonarum artium famam, tum constantis amicitiae laturos. *Simul lacrymas eorum, modo sermone, modo intentior, in modum coercentis, ad firmitudinem revocat, rogitans:* ubi praecepta sapientiae? ubi tot per annos meditata ratio adversum imminentia? Cui enim ignaram fuisse saevitiam Neronis? Neque aliud su-

lute d' un uom privato alla sua : nè in lui racchiudersi indole adulatrice : e niuno saperlo più di Nerone , che avea più spesso provato Seneca libero , che servile . Esposto ciò dal Tribuno, presenti Poppea e Tigellino , ch' erano gl' intimi consiglieri delle ferocie del Principe, interrogò ; *se Seneca si apparecchiasse a morire ?* il tribuno allora affermò, *niun timore , niuna tristezza avvisatane nelle parole o nel volto .* Gli è dunque imposto *che torni , e di morire gl' imponga .* Narra Fabio Rustico , ch' ei non tenne la stessa via , ma trasse a Fenio Prefetto , ed esposti i cenni di Cesare lo interrogò se obbedisse , ed egli gliel consigliò con viltà in tutti fatale: poich' era pur Silvano tra' congiurati , e que' misfatti aumentava , per vendicare i quali già congiurò. Pur di vederlo e parlargli astennesi, ed intromise a Seneca un centurione , che gl' intimasse *l' ultima necessità .*

62. Egli imperterrito chiede il suo testamento, e negatogli dal centurione , rivoltosi agli amici, *poichè mi si vieta ,* disse, *di riconoscere i vostri meriti , vi lascio l' unica e pur bellissima cosa che mi rimanga , l' esempio della mia vita , di cui se sarete memori , gloria vi avrete non meno di magistero onorevole , che di costante amicizia .* E le lor lagrime , ora con dolci parole , or più severo , quasi ne li sgridasse , affrenando , li riconforta a far cuore: *ove i precetti essere della sapienza? ove quell' animo per tant' anni corroborato contro l' avversa fortuna ? a chi di Nerone ignota la*

peresse, post matrem fratremque interfectos, quam ut educatoris praeceptorisque necem adjiceret.

63. *Ubi haec atque talia in commune disseruit, complectitur uxorem, et, paullulum adversus praesentem fortitudinem mollitus, rogat oratque* temperaret dolori, ne aeternum susciperet, sed in contemplatione vitae, per virtutem actae, desiderium mariti solatiis honestis toleraret. *Illa contra*, sibi quoque destinatam mortem, *adseverat*, *manumque percussoris exposcit. Tum Seneca, gloriae ejus non adversus, simul amore, ne sibi unice dilectam ad injurias relinqueret:* vitae, *inquit*, delinimenta monstraveram tibi, tu mortis decus mavis: non invidebo exemplo. Sit hujus tam fortis exitus constantia penes utrosque par, claritudinis plus in tuo fine. *Post quae eodem ictu brachia ferro exsolvunt. Seneca, quoniam senile corpus et parvo victu tenuatum lenta effugia sanguini praebebat, crurum quoque et poplitum venas abrumpit. Saevisque cruciatibus defessus, ne dolore suo animum uxoris infringeret, atque ipse visendo ejus tormenta ad impatientiam delaberetur, suadet*, in aliud cubiculum abscedere. *Et novissimo quoque momento, suppeditante eloquentia, advocatis scriptoribus, pleraque tradidit, quae, in vulgus edita ejus verbis, invertere supersedeo.*

64. *At Nero, nullo in Paullinam proprio odio, ac, ne glisceret invidia crudelitatis, inhiberi mortem imperat. Hortantibus militibus, servi libertique obligant brachia, premunt sanguinem,*

crudeltà? Nè della madre e del fratello al carnefice restar altro, che farsi ora dell' ajo, e del precettore, assassino.

63. Dette in comune siffatte cose, bacia la moglie, e rammollita alquanto la sua fortezza la supplica, e la scongiura *a temperare il cordoglio, a non darsi ad eterno lutto; ma nella contemplazion di una vita, condotta nella virtù, con onorato conforto il desiderio tolleri del marito.* Ella per lo contrario protestasi *volere anch' essa morire*, e chiede ferro e carnefice. Allora Seneca, non opponendosi alla sua gloria, e per amore insieme di non lasciare l'unica amata donna agli oltraggi, *i conforti*, dissele, *io ti mostrai della vita; tu onor di morte anteponi: non io ti vieterò d' imitarmi. Sien morti così magnanime pari in costanza, più luminosa la tua.* Ciò detto, d'un colpo stesso si svenan ambo le braccia. Seneca, a stento versando il sangue dal corpo per astinenza e dall'età estenuato, troncasi ancor le vene sotto a' ginocchi e alle gambe. Nè più reggendo allo strazio atroce, per non indebolire col suo dolore l'animo della moglie e per non perdere anch'egli il cuore alla vista de' suoi tormenti, la persuade *a passare altrove*. E negli estremi momenti ancora animato dall'eloquenza, dettò più cose, che io m'astengo di riferire per essere colle parole sue pubblicate.

64. Ma Nerone, niun odio contro Paolina animandolo, e per non crescersi carico di crudeltà, comanda che se ne arresti la morte. Al confortar de' soldati, liberti e servi le vene fasciano, il sangue

incertum an ignarae. Nam, ut est vulgus ad deteriora promptum, non defuere, qui crederent, donec implacabilem Neronem timuerit, famam sociatae cum marito mortis petivisse; deinde, oblata mitiore spe, blandimentis vitae evictam. *Cui addidit paucos postea annos, laudabili in maritum memoria, et ore ac membris in eum pallorem albentibus, ut ostentui esset, multum vitalis spiritus egestum. Seneca interim, durante tractu et lentitudine mortis, Statium Annaeum, diu sibi amicitiae fide et arte medicinae probatum, orat,* provisum pridem venenum, *quo damnati publico Atheniensium judicio extinguerentur,* promeret: *adlatumque hausit frustra, frigidus jam artus, et clauso corpore adversum vim veneni. Postremo, stagnum calidae aquae introiit, respergens proximos servorum, addita voce:* Libare se liquorem illum Jovi Liberatori. *Exin balneo illatus, et vapore ejus exanimatus, sine ullo funeris solenni crematur. Ita codicillis praescripserat, cum etiam tum praedives et praepotens supremis suis consuleret.*

65. *Fama fuit, Subrium Flavium cum Centurionibus occulto consilio, neque tamen ignorante Seneca, destinavisse,* ut, post occisum opera Pisonis Neronem, Piso quoque interficeretur, traderetur que Imperium Senecae, quasi insontibus claritudine virtutum ad summum fastigium delecto. *Quin et verba Flavii vulgabantur:* non referre dedecori, si citharoedus dimoveretur, et tragoedus succederet. *Quia, ut Nero cithara, ita Piso tragico ornatu canebat.*

fermavano a lei che forse non se ne avvide. Chè, come il volgo s'appiglia al peggio, non mancò chi credesse, *che, sinoch' ella temè Nerone implacabile*, l'onor bramasse di accompagnar la morte di suo marito: quindi, più dolce speranza offertasi, cesse a' diletti del vivere, il quale poi prolungò poc'anni con rimembranza pregevole del marito, e con la faccia e le membra di tal pallidezza smorte, che dimostravano molto di vita già uscitole. Seneca intanto, uscendo il sangue e la vita a stento, pregò Stazio Anneo, amico e medico di lunga prova, che tragga il preparato veleno, onde spengonsi i malfattori in Atene; ma indarno ei lo si bevve, irrigiditesi già le fibre e istupiditosi il corpo contro il vigor del veleno. In bagno alfine entrò d'acqua calda, i vicini servi spruzzandone, ed aggiungendo *ch' ei quel liquore offeriva a Giove Liberatore*. Recato poi nella stufa, e dal vapor soffocatone, senz' alcuna esequial pompa fu arso. Aveva così prescritto ne' codicilli, quando pur anche ricchissimo, e potentissimo al fine suo provvedeva.

65. Corse romore, *che Subrio Flavio in congrega segreta co' centurioni, istruitone però Seneca, destinasse che, dopo ucciso Nerone per opera di Pisone, Pisone ancor si ammazzasse, e si desse l' impero a Seneca, quasi per lo splendore delle virtù da cittadini innocenti al sommo grado trascelto*. Anzi pur le parole di Flavio si divulgavano *non iscemar onta, se caccisi un citarista, e un tragediante succedagli:* chè, come in sulla lira Nerone, così cantava Pisone in tragico abbigliamento.

66. *Ceterum militaris quoque conspiratio non ultra fefellit, accensis indicibus ad prodendum Fenium Rufum, quem eundem conscium et inquisitorem non tolerabant. Ergo instanti minitantique renidens Scevinus*, neminem, *ait*, plura scire, quam ipsum. *Hortaturque ultro*, redderet tam bono Principi vicem. *Non vox adversum ea Fenio, non silentium, sed verba sua praepediens, et pavoris manifestus, ceterisque, ac maxime Cervario Proculo Equite, ad convincendum eum connisis, jussu Imperatoris a Cassio milite, qui ob insigne corporis robur adstabat, corripitur vinciturque.*

67. *Mox eorundem indicio Subrius Flavius tribunus pervertitur, primo* dissimilitudinem morum *ad defensionem trahens*, neque se armatum cum inermibus et effeminatis tantum facinus consociaturum: *dein, postquam urgebatur, confessionis gloriam amplexus, interrogatusque a Nerone, quibus caussis ad oblivionem sacramenti processisset:* oderam te, *inquit:* nec quisquam tibi fidelior militum fuit, dum amari meruisti: odisse coepi, postquam parricida matris et uxoris, et auriga et histrio et incendiarius extitisti. *Ipsa retuli verba, quia non, ut Senecae, vulgata erant. Nec minus nosci decebat militaris viri sensus incomptos, et validos. Nihil in illa conjuratione gravius auribus Neronis accidisse constitit, qui, ut faciendis sceleribus promptus, ita audiendi, quae faceret, insolens erat. Poena Flavii Vejano Nigro tribuno mandatur. Is proximo in agro scrobem effodi jussit, quam Flavius, ut* humilem et

66. Ma non più oltre ancora la militar congiura s'ascose, infiammatisi i delatori contro di Fenio Rufo, che insieme complice e inquisitore non tolleravano. Scevino dunque a Fenio, che lo stringea minaccevole, sogghignando *niuno più*, disse, *ne sa di te;* ed esortollo anche *a rendere a sì buon Principe il cambio*. Non parlò Fenio a tale insulto, non tacque; ma titubandogli per la paura in sulle labbra gli accenti, ed a convincerlo tutti e principalmente Cervario Procolo cavaliere sforzandosi, da Cassio soldato là pronto per la tremenda sua gagliardìa, per ordine di Nerone, si prende e lega.

67. Per indizio poi de'medesimi fu Subrio Flavio tribuno oppresso, prima schermendosi *con la difformità de' costumi: chè non avrebbe accomunata un soldato cotanta impresa con effeminati ed imbelli:* quindi, vieppiù incalzato, a gloriosa confessione appigliandosi, e da Nerone interrogato per qual cagione il giuramento obbliasse, *t' odiava*, disse: *nè mai più fido soldato avesti, sinochè meritasti d' essere amato: presi ad odiarti, posciachè divenisti e della madre e della moglie assassino, e cocchiere ed istrione, e incendiario.* Recai le stesse parole, perchè non come di Seneca si diffusero: nè conveniva meno conoscere d'un soldato i rozzi e fieri concetti. Certo è che niente in quella congiura ferì più vivamente Nerone, il quale, com'era pronto a commettere scelleraggini, così a sentirsele rimproverare non uso. Il supplizio di Flavio ingiugnesi a Vejano Negro tribuno. Ordina questi, si scavi nel vicin campo una fossa, e

angustam *increpans*, *circumstantibus militibus*, ne hoc quidem, *inquit*, ex disciplina. *Admonitusque*, *fortiter protendere cervicem:* Utinam, *ait*, tu tam fortiter ferias. *Et ille multum tremens*, *cum vix duobus ictibus caput amputavisset*, *saevitiam apud Neronem jactavit*, sesquiplaga interfectum a se *dicendo*.

68. *Proximum constantiae exemplum*, *Sulpitius Asper Centurio praebuit: percunctanti Neroni*, cur in caedem suam conspiravisset? *breviter respondens*, non aliter tot flagitiis ejus subveniri potuisse. *Tum jussam poenam subiit*. *Nec ceteri centuriones in perpetiendis suppliciis degeneravere*. *At non Fenio Rufo par animus*, *sed lamentationes suas etiam in testamentum contulit*. *Opperiebatur Nero*, *ut Vestinus quoque Consul in crimen traheretur*, *violentum et infensum ratus: sed ex conjuratis consilia cum Vestino non miscuerant*, *quidam*, *vetustis in eum simultatibus*, *plures*, *quia praecipitem et insociabilem credebant*. *Ceterum Neronis odium adversus Vestinum ex intima sodalitate coeperat*, *dum hic ignaviam Principis penitus cognitam despicit*, *ille ferociam amici metuit*, *saepe asperis facetiis illusus; quae*, *ubi multum ex vero traxere*, *acrem sui memoriam relinquunt*. *Accesserat repens caussa*, *quod Vestinus Statiliam Messallinam matrimonio sibi junxerat*, *haud nescius*, *inter adulteros ejus et Caesarem esse*.

69. *Igitur*, *non crimine*, *non accusatore existente*, *quia speciem judicis induere non poterat*, *ad vim dominationis conversus*, *Gerelanum tri-*

dileggiandola Flavio come bassa ed angusta, a' circostanti soldati *non sa far*, disse, *pur ciò;* ed avvertito d' offrire il collo da forte, *così da forte*, disse, *tu il tronchi;* e quegli, tutto tremante, appena in due volte avendogli spiccato il capo, vantò fierezza a Nerone, dicendo *averlo ucciso due volte*.

68. Diede immediato esempio d' intrepidezza il centurione Sulpizio Aspro, che interrogandol Nerone, *perchè all' esterminio suo congiurò?* breve risposegli, *per non trovare altro scampo a tante tue sceleraggini.* Allora la decretata morte sostenne. Nè gli altri centurioni, incontrandola, impallidirono. Ma non tal cuore ebbe Fenio: sino nel testamento i suoi plorati versò. Attendea Nerone, che anche Vestino Console si denunziasse colpevole, reputandolo impetuoso e nemico: ma i congiurati non mescolarono i suoi consigli con lui; altri per vecchie animosità, i più credutolo precipitoso e insocievole. L' odio però di Nerone contro Vestino nacque da troppa dimestichezza, mentre dispregia questi la conosciuta viltà del Principe, quegli teme la crudeltà dell' amico, spesso derisone con motti acerbi, che quando pungon sul vero lasciano tracce indelebili. Nuova cagione s' aggiunse, che in matrimonio Vestino a Statilia Messalina s' unì, non ignorando che tra gli adulteri suoi v' era ancor Cesare.

69. Mancando adunque il delitto e l' accusatore, perchè non poteva assumere tenor di giudice, usando forza tirannica, invia Gerelano tribuno con una

bunum cum cohorte militum immittit: jubetque, praevenire conatus Consulis, occupare velut arcem ejus, opprimere delectam juventutem: *quia Vestinus imminentes foro aedes, decoraque servitia, et pari aetate habebat. Cuncta eo die munia Consulis impleverat, conviviumque celebrabat, nihil metuens, an dissimulando metu: cum ingressi milites*, vocari eum a tribuno, *dixere. Ille, nihil demoratus, exurgit: et omnia simul properantur: clauditur cubiculo, praesto est medicus, abscinduntur venae, vigens adhuc balneo infertur, calida aqua mersatur, nulla edita voce, quae semet misereratur. Circumdati interim custodia, qui simul discubuerant, nec, nisi provecta nocte, omissi sunt, postquam pavorem eorum, ex mensa exitium opperientium, et imaginatus et irridens Nero*, satis supplicii luisse, *ait*, pro epulis Consularibus.

70. *Exin M. Annaei Lucani caedem imperat. Is, profluente sanguine, ubi frigescere pedes manusque, et paullatim ab extremis cedere spiritum, fervido adhuc et compote mentis pectore intelligit; recordatus carmen a se compositum, quo vulneratum militem, per ejusmodi mortis imaginem obiisse tradiderat, versus ipsos retulit. Eaque illi suprema vox fuit. Senecio posthac, et Quinctianus et Scevinus, non ex priore vitae mollitia, mox reliqui conjuratorum periere, nullo facto dictove memorando.*

71. *Sed compleri interim urbs funeribus, Capitolium victimis: alius filio, fratre alius, aut propinquo, aut amico interfectis, agere grates*

squadra, e gli ordina *di prevenir l'audacia del Console; della rocca s'impadronisse, e la scelta gioventù ne opprimesse:* poichè Vestino signoreggiava con la sua casa la piazza, ed avea servi, belli di forme e di età. Avea compiuti quel dì tutti gli ufficj di Console, e celebrava un convito, nulla temendo, o paura dissimulando, quando i soldati entrando gli dissero, che *dal Tribuno appellavasi.* Ei non indugia, sorge, e tutto insieme s' affretta: chiudesi in camera, è pronto il medico, le vene squarciagli, vivido ancora nel bagno recasi, nell' acqua calda s' immerge, senza dar voce, che dinotasse pietà. Di guardie intanto si circondarono i commensali, nè rilasciaronsi che a notte buja, poichè Nerone, imaginatosi e dileggiando il timor di quelli, che dalla mensa aspettavan morte, disse *ch' avean pagata già cara la consolar gozzoviglia.*

70. Ordina quindi la morte di Anneo Lucano. Questi, grondando sangue, ove sentì le mani e i piedi agghiacciarglisi, ed alle estremità mancare a poco a poco lo spirito, fervido ancora e pieno d'anima il cuore, gli risovvennero i versi da lui composti, onde pinse in un soldato ferito eguale incontro di morte; li recitò, e furon l' ultime voci. Senecione poscia e Quinziano e Scevino, non coll'usata effeminatezza, perirono: quindi il resto de' congiurati, senza operare o dir nulla di memorando.

71. Ma intanto empievasi Roma di funerali, il Campidoglio di vittime. Chi per il figlio, chi pel fratello, o il parente, o l'amico uccisogli, rendevan

Deis, ornare lauru domum, genua ipsius advolvi, et dextram osculis fatigare. Atque ille, gaudium id credens, Antonii Natalis et Cervarii Proculi festinata indicia impunitate remuneratur. Milichus, praemiis ditatus, Conservatoris *sibi nomen, Graeco ejus rei vocabulo, adsumpsit. E tribunis Granius Silvanus, quamvis absolutus, sua manu cecidit: Statius Proximus veniam, quam ab Imperatore acceperat, vanitate exitus corrupit. Exuti dehinc tribunatu Pompejus, Cornelius Martialis, Flavius Nepos, Statius Domitius,* quasi Principem non quidem odissent, sed tamen existimarentur. *Nonio Prisco, per amicitiam Senecae, et Glitio Gallo atque Annio Pollioni, infamatis magis, quam convictis, data exilia. Priscum Antonia Flacilla conjunx comitata est: Gallum Egnatia Maximilla, magnis primum et integris opibus, post ademptis: quae utraque gloriam ejus auxere. Pellitur et Rufius Crispinus, occasione conjurationis, sed Neroni invisus, quod Poppaeam quondam matrimonio tenuerat. Virginium Flaccum et Musonium Rufum claritudo nominis expulit. Nam Virginius studia juvenum eloquentia, Musonius praeceptis sapientiae fovebat. Cluvidieno Quieto, Julio Agrippae, Blitio Catulino, Petronio Prisco, Julio Altino, velut in agmen et numerum, Aegaei maris insulae permittuntur. At Cadicia, uxor Scevini, et Caesonius Maximus Italia prohibentur, reos fuisse se, tantum poena experti. Acilia, mater Annaei Lucani, sine absolutione, sine supplicio dissimulata.*

grazie agli Dei, la casa ornavan d' alloro, alle ginocchia del Principe s'avvolgevano, e di baciargli la destra non si saziavano. Ed egli, presolo per allegrezza, le pronte confessioni di Procolo e di Natale rimunera col perdono: Milico empiuto di doni, assunse in greco vocabolo nome di *Salvatore*. De' tribuni, Granio Silvano, benchè assoluto, da sè medesimo s'ammazzò: Stazio Prossimo con vana morte schernì il perdono già conseguito da Cesare. Quindi spogliaronsi del Tribunato Pompeo, Cornelio Marziale, Flavio Nepote, Stazio Domizio, *non come odiassero il Principe, ma per credersi che l'odiassero*. Novio Prisco, per l'amicizia di Seneca, e Glizio Gallo ed Annio Pollione, infamati più che convinti, bandironsi. Prisco ebbe compagna Antonia Flacilla, sua moglie, Gallo, Ignazia Massimilla, prima con grandi e intatte ricchezze, poi toltele: ed ambedue queste cose le accrebber gloria. Cacciasi pur col pretesto della congiura Rufio Crispino, ma da Nerone abborrito, perchè già s'ebbe in matrimonio Poppea; e lo splendore del nome espulse Virginio Flacco e Musonio Rufo. Poichè Virginio con l'eloquenza, Musonio con i precetti della filosofia fecondava il cuore de' giovani. A Cluvidieno Quieto, a Giulio Agrippa, a Blizio Catulino, a Petronio Prisco, a Giulio Altino, come raccolti in un branco, l'isole assegnansi del mare Egeo. Ma Cadicia, moglie di Scevino, e Cesonio Massimo d' Italia cacciansi, solo alla pena avvedutisi d'esser rei. Acilia, madre d' Anneo Lucano, non assoluta, non condannata, si trascurò.

72. *Quibus perpetratis Nero, et concione militum habita, bina nummum millia viritim manipularibus divisit, addiditque sine pretio frumentum, quo ante ex modo annonae utebantur. Tum, quasi gesta bello expositurus, vocat Senatum, et triumphale decus Petronio Turpiliano Consulari, Coccejo Nervae Praetori designato, Tigellino Praefecto Praetorii tribuit Tigellinum et Nervam ita extollens, ut, super triumphales in foro imagines, apud palatium quoque effigies eorum sisteret. Consularia insignia Nymphidio. De quo, quia nunc primum oblatus est, pauca repetam. Nam et ipse pars Romanarum cladium erit. Igitur matre libertina ortus, quae corpus decorum inter servos libertosque Principum vulgaverat, ex C. Caesare se genitum ferebat, quoniam forte quadam habitu procerus et torvo vultu erat: sive C. Caesar, scortorum quoque cupiens, etiam matri ejus illusit.*

73. *Sed Nero, vocato Senatu, oratione inter Patres habita, edictum apud Populum, et conlata in libros indicia, confessionesque damnatorum adjunxit. Etenim crebro vulgi rumore lacerabatur*, tamquam viros insontes ob invidiam aut metum extinxisset. *Ceterum coeptam adultamque et revictam conjurationem, neque tunc dubitavere, quibus verum noscendi cura erat, et fatentur, qui post interitum Neronis in urbem regressi sunt. At in Senatu cunctis, ut cuique plurimum moeroris, in adulationem demissis, Junium Gallionem, Senecae fratris morte pavidum, et pro sua incolumitate supplicem, increpuit Salienus*

72. Compiute siffatte cose, Nerone aduna a parlamento i soldati, e loro distribuì due mila sesterzj a capo, aggiugnendo in dono il frumento, che prima al prezzo pagavano dell'annona. Poi, quasi fosse per riferire guerriere imprese, chiama il Senato, e dà gli onori trionfali a Petronio Turpiliano Consolare, a Coccejo Nerva, Pretore eletto, a Tigellino, prefetto de' Pretoriani; così Tigellino e Nerva esaltando, che, oltre alle trionfali statue nel foro, ne collocò nel palazzo ancora le immagini. Diede a Ninfidio i consolari ornamenti: del quale, perchè or mi s'offre la prima volta, alcuna cosa dirò; perchè pur ei sarà parte delle Romane sciagure. Nato egli dunque d'una liberta, che l'avvenente corpo fra' servi e liberti de' Principi prostituì, figlio vantavasi di Cajo Cesare, perch'era a caso di grandi sembianze e fiere; o Cajo Cesare, vago pur egli di meretrici, con la sua madre ancora si trastullò.

73. Ma Nerone, adunato il Senato ed aringato a' Padri, aggiunse un editto al popolo, con le denunzie e le confessioni già registrate de' rei. Perch'era molto dal popolo lacerato, *come innocenti uomini per invidia o per paura spegnesse*. Niuno però di quelli, che di chiarire il vero agognavano, neppure allor dubitò della insorta e cresciuta e palesata congiura, e que' che in Roma, spento Nerone, tornarono, la confessano. Ma nel Senato, più che ciascuno era afflitto, sciogliendosi in adulare, Salieno Clemente rabbuffò Giunio Gallione, tremante per la morte di Seneca suo fratello, e per la salvezza sua supplicante, *nemico e parricida*

Clemens, hostem et parricidam *vocans: donec consensu Patrum deterritus est*, ne publicis malis abuti ad occasionem privati odii videretur, neu composita aut oblitterata mansuetudine Principis novam ad saevitiam retraheret.

74. *Tum* dona et grates Deis *decernuntur*, propriusque honos Soli, cui est vetus aedes apud Circum, in quo facinus parabatur, qui occulta conjurationis Numine retexisset: utque Circensium Cerealium ludicrum pluribus equorum cursibus celebraretur: mensisque Aprilis *Neronis* cognomentum acciperet: templum Saluti extrueretur eo loci, ex quo Scevinus ferrum prompserat. *Ipse eum pugionem apud Capitolium sacravit*, *inscripsitque* Jovi Vindici. *In praesens haud animadversum: post arma Julii Vindicis, ad auspicium et praesagium futurae ultionis trahebatur. Reperio in commentariis Senatus*, *Cerialem Anicium*, *Consulem designatum*, *pro sententia dixisse*, ut templum divo Neroni quam maturrime publica pecunia poneretur. *Quod quidem ille decernebat*, *tamquam mortale fastigium egresso*, *et venerationem hominum merito*, *quorundam dolo ad omina sui exitus vertebatur*. *Nam Deum honor Principi non ante habetur*, *quam agere inter homines desierit*.

appellandolo : sinochè i Padri concordemente lo sbigottirono *che d' abusar non mostrasse de' mali pubblici per vendicare private ingiurie*, *nè a nuove crudeltà risvegliasse l' ira già sazia del Principe*.

74. Poi si decretano *offerte*, *e ringraziamenti agli Dei*, *e speziale onoranza al Sole* (*il quale ha tempio antico nel Circo*, *ove la strage s' apparecchiava*) *perchè propizio svelasse la tenebrosa congiura*, *e che i Cereali giuochi Circensi con più corse di cavalli si celebrassero : e il mese di Aprile* Nerone *si nominasse : e un tempio alla Salute si costruisse in quel luogo*, *donde Scevino trasse il pugnale*. Egli consagrò questo pugnale nel Campidoglio, con la iscrizione *a Giove Vendicatore*. Per allora non si avvertì : dopo la guerra di Giulio Vindice ad augurio s'interpretava e a presagio della futura vendetta. Trovo nelle memorie del Senato, aver Ceriale Anicio, Consolo eletto, proposto, *che a pubbliche spese un tempio a Nerone Dio con ogni celerità s' inalzasse*. La qual cosa certo, che decretava costui, come Nerone, già superata ogni mortale grandezza, le adorazioni degli uomini si meritasse, dalla malizia d'alcuni a presagio della sua fine volgevasi. Perocchè al Principe l'onor degli Dei non prestasi prima che cessi di conversare tra gli uomini.

C. CORNELII
TACITI
ANNALIUM

LIBER DECIMUS SEXTUS

1. *Illusit dehinc Neroni fortuna per vanitatem ipsius et promissa Cesellii Bassi; qui origine Poenus, mente turbida, nocturnae quietis imaginem ad spem haud dubiam retraxit: vectusque Romam, Principis aditum emercatus, expromit*, repertum in agro suo specum altitudine immensa, quo magna vis auri contineretur, non in formam pecuniae, sed rudi et antiquo pondere. Lateres quippe praegraves jacere, adstantibus parte alia columnis: quae per tantum aevi occulta augendis praesentibus bonis. Ceterum, ut conjectura demonstrat, Didonem Foenissam, Tyro profugam, condita Carthagine, illas opes abdidisse, ne novus Populus nimia pecunia lasciviret; aut reges Numidarum, et alias infensi, cupidine auri ad bellum accenderentur.

2. *Igitur Nero, non auctoris, non ipsius negotii fide satis spectata, nec missis, per quos nosceret, an vera adferrentur, auget ultro ru-*

ANNALI

DI

C. CORNELIO TACITO

LIBRO SEDICESIMO

1. La fortuna poi prese a giuoco la vanità di Nerone con le promesse d'un forsennato Cartaginese, di nome Cesellio Basso, che sopra un sogno fondò non vana speranza. Trattosi a Roma, e comprato l'accesso al Principe, gli denunzia, *una spelonca trovatasi in un suo campo, d' immensa profondità, dove gran copia d' oro celavasi, non monetato, ma in massa rozza ed antica: poichè ve n' erano quadrelli grossi, e ne sorgevano da un' altra parte colonne: le quali cose per tanta età si celarono ad aumento della presente fortuna. Certo la Fenicia Didone, come argomentasi, fuggitiva da Tiro, fabbricata Cartagine, sotterrò tali ricchezze, perchè un Popol nuovo per eccessivo danajo non invanisse, o i re Numidi, d' altronde ancora nemici, l' avidità dell' oro a guerra non infiammasse.*

2. Nerone dunque, non dell' autore, non dello stesso affare contezza presa, nè là spedito a chiarirne il vero, ne accresce il grido egli stesso e man-

morem, mittitque, qui velut partam praedam aveherent. Dantur triremes et delectum remigium, juvandae festinationi. Nec aliud per illo dies Populus credulitate, prudentes diversa fama, tulere. Ac forte quinquennale ludicrum secundo lustro celebrabatur: ab cantoribus oratoribusque praecipua materia in laudem Principis adsumpta est. Non enim tantum solitas fruges, nec metallis confusum aurum gigni, sed nova ubertate provenire terram, et obvias opes deferre Deos, *quaeque alia summa facundia, nec minore adulatione, servilia fingebant, securi de facilitate credentis.*

3. *Gliscebat interim luxuria spe inani, consumebanturque veteres opes, quasi oblatis, quas multos per annos prodigeret. Quin et inde jam largiebatur: et divitiarum expectatio inter caussas paupertatis publicae erat. Nam Bassus, effosso agro suo latisque circum arvis, dum hunc vel illum locum promissi specus adseverat, sequunturque non modo milites, sed populus agrestium, efficiendo operi adsumptus, tandem, posita vecordia,* non falsa ante somnia sua seque tunc primum elusum, *admirans, pudorem et metum morte voluntaria effugit. Quidam,* vinctum ac mox dimissum, *tradidere,* ademptis bonis in locum regiae gazae.

4. *Interea Senatus, propinquo jam lustrali certamine, ut dedecus averteret, offert Imperatori* victoriam cantus, *adjicitque* facundiae coronam, *qua ludicra deformitas velaretur. Sed Ne-*

da a levar di là come una preda già pronta. Arma galee col fiore de' rematori per affrettarne il trasporto; nè per que' giorni d' altro, il Popolo per credulità, i saggi diversamente parlandone, ragionarono. E per ventura si celebrava il secondo lustro del quinquennale spettacolo: dagli Oratori e Poeti tal argomento fu tolto a lode del Principe: *chè la terra non partoriva soltanto le usate biade o l' oro misto a' metalli, ma vegetava di nuova fecondità, e presentavan gl' Iddii ricchezze non aspettate*; ed altre simili servilità con eloquenza somma, nè con minore adulazione adombravano, certi di sua leggiera credulità.

3. Cresceva intanto per vana speranza il lusso, e le sostanze antiche si dissipavano, quasi già ricco di che profonder molt' anni. Anzi di questo ancor prodigavasi: e la espettazione delle ricchezze era causa di pubblica povertà. Perocchè Basso, scavato il campo con ampie terre all' intorno, mentrechè questo o quello afferma essere il luogo della promessa caverna, e lo seguono non solamente i soldati, ma una turba di contadini per operare lo scavo, finalmente uscito d' insania, meravigliando *che i sogni, non mai dapprima fallaci, l'abbiano allor per la prima volta schernito*, con volontaria morte fuggì vergogna e paura. Alcuni *incarcerato* lo scrissero *e poi dimesso*, toltogli i beni in luogo della real masserizia.

4. Il Senato intanto, appressandosi il quinquennale spettacolo, per impedirne l' obbrobrio, offre a Cesare *la vittoria del canto, e la corona* aggiunge *dell' eloquenza*, onde velare la teatrale ignominia.

ro, nihil ambitu, nec potestate Senatus opus esse, *dictitans*, se aequum adversus aemulos, et religione judicum meritam laudem adsecuturum, *primo carmen in scena recitat: mox*, *flagitante vulgo*, ut omnia studia sua publicaret (*haec enim verba dixere*) *ingreditur theatrum*, *cunctis citharae legibus obtemperans: ne fessus resideret*, *ne sudorem*, *nisi ea quam indutui gerebat*, *veste detergeret: ut nulla oris aut narium excrementa viserentur*. *Postremo flexus genu*, *et coetum illum manu veneratus*, *sententias judicum opperiebatur ficto pavore*. *Et plebs quidem urbis*, *histrionum quoque gestus juvare solita*, *personabat certis modis*, *plausuque composito*. *Crederes laetari: ac fortasse laetabantur*, *per injuriam*, *publici flagitii*.

5. *Sed qui remotis e municipiis*, *severamque adhuc et antiqui moris retinentes Italiam*, *quique*, *per longas provincias*, *lasciviae inexperti*, *officio legationum aut privata utilitate*, *advenerant*, *neque adspectum illum tolerare*, *neque labori inhonesto sufficere: cum manibus nesciis fatiscerent*, *turbarent gnaros*, *ac saepe a militibus verberarentur*, *qui per cuneos stabant*, *ne quod temporis momentum impari clamore*, *aut silentio segni praeteriret*. *Constitit*, *plerosque Equitum*, *dum per angustias aditus et ingruentem multitudinem enituntur*, *obtritos; et alios*, *dum diem noctemque sedilibus continuant*, *morbo exitiabili correptos*. *Quippe gravior inerat metus*, *si spectaculo defuissent*, *multis palam*,

Ma Nerone, dicendo, *non bisognare di broglio, nè dell' autorità del Senato; uguale ad ogni emolo la meritata lode conseguirebbe dalla giustizia de' giudici*; recita prima in sulla scena i suoi versi; poi, stimolato dal Popolo *a spiegar tutti i suoi genj* (chè tali parole dissero) entra in teatro, tutte osservando le regole del citarista; di non assidersi, stanco; di non astergersi, se non con l'abito che aveva in dosso, il sudore; che della bocca o del naso niun escremento apparisse. Postosi finalmente in ginocchio, e con le mani adorata quell'assemblea, la sentenza con tremor finto aspettava. Eppur la plebe urbana, usa ajutare anche i gesti degl' istrioni, romoreggiava in suon musicale e con applauso armonioso. L' avresti creduta allegra: e rallegravasi forse, contro ragione, della vergogna pubblica [1].

5. Ma quelli, che da lontane città, dove l'Italia ancor serba la gravità del costume antico, e quelli, che di straniere provincie non usi a tale dissolutezza, per uffizio di ambascerie o per privata utilità vi concorsero, nè tolleravano tale spettacolo, nè al vergognoso incarico soddisfacevano, affaticandosi con le imperite mani, sturbando i pratici, e spesso da'soldati, posti per i gradini, battuti, perchè un istante in dissonanti grida o infingardo silenzio non trapassasse. Certo è che più Cavalieri, mentre sforzavan l'entrate anguste ed il concorso incalzante, furono fracassati; ed altri, restando dì e notte fermi a' sedili, da mortale infermità sopraffatti: perchè stringevali maggior paura, se lo spettacolo abbandonassero, sendovi molti in palese, e molti in agua-

et pluribus occultis, ut nomina ac vultus, alacritatem, tristitiamque coeuntium scrutarentur. Unde tenuioribus statim inrogata supplicia, adversus illustres dissimulatum ad praesens, et mox redditum odium. Ferebantque Vespasianum, tamquam somno conniveret, a Phoebo liberto increpitum, aegreque meliorum precibus obtectum: mox imminentem perniciem majore fato effugisse.

6. *Post finem ludicri, Poppaea mortem obiit, fortuita mariti iracundia, a quo gravida ictu calcis adflicta est. Neque enim venenum crediderim, quamvis quidam scriptores tradant, odio magis, quam ex fide. Quippe liberorum cupiens, et amori uxoris obnoxius erat. Corpus non igni abolitum, ut Romanus mos; sed, Regum externorum consuetudine differtum odoribus conditur, tumuloque Juliorum infertur. Ductae tamen publicae exequiae, laudavitque ipse apud rostra* formam ejus, et quod divinae infantis parens fuisset, *aliaque fortunae munera pro virtutibus.*

7. *Mortem Poppaeae, ut palam tristem, ita recordantibus laetam, ob impudicitiam ejus saevitiamque, nova insuper invidia Nero complevit, prohibendo C. Cassium officio exequiarum. Quod primum indicium mali: neque in longum dilatum est. Sed Silanus additur: nullo crimine, nisi quod Cassius opibus vetustis, et gravitate morum, Silanus claritudine generis, et modesta juventa, praecellebant. Igitur missa ad Senatum oratione*, removendos a Rep. utrosque, *disseruit: objectavitque Cassio*, quod inter imagines majorum etiam C. Cassii effigiem coluisset, ita inscri-

to, che i nomi e i volti, l' ilarità e la tristezza spiavano de' congregati. Laonde contr' a' più vili s'incrudelì: si dissimulò per allora, e quindi si sfogò l' odio co' grandi. E narravasi, *che Vespasiano, quasi inchinasse al sonno, fu dal liberto Febo sgridato, e salvato a stento dalle preghiere de' buoni: quindi scampasse per maggior fato la soprastante ruina.*

6. Compiutosi lo spettacolo perì Poppea per subitanea collera del marito, il quale d' un calcio gravida la percosse: chè di veleno non crederò, benchè da certi asseriscasi più per odio, che per verità: poichè bramava figliuoli, e della moglie era preso. Il cadavere non fu arso, com' è costume romano; ma all' uso de' re stranieri s' imbalsama e si ripone nel monumento de' Giulj. Si celebrò tuttavia pubblico funerale; ed egli stesso da' Rostri ne commendò *la bellezza, e che fu madre d' una divina fanciulla;* e, in luogo di virtù, altri doni della fortuna.

7. La morte di Poppea, come pubblicamente trista, così lieta agli animi della disonesta e crudeltà sua ricordevoli, fu da Nerone di nuovo odio aggravata col proibire a C. Cassio d' assisterne a' funerali; primo segnale di sua rovina. Nè molto si differì; ma gli si aggiunge Silano; per niun delitto, se non che Cassio per opulenza antica e gravità di costumi, Silano per nobiltà di lignaggio e per modesta gioventù, primeggiavano. Trasmessa dunque un' orazione al Senato, gli dichiarò *doversi entrambi rimuovere dalla Repubblica;* e appose a Cassio *di venerare tra' simulacri degli antenati anche*

ptam: Dux Partium. Quippe semina belli civilis, et defectionem a domo Caesarum quaesitam. Ac, ne memoria tantum infensi nominis ad discordias uteretur, adsumpsisse L. Silanum, juvenem genere nobilem, animo praeruptum, quem novis rebus ostentaret.

8. *Ipsum dehinc Silanum increpuit iisdem, quibus patruum ejus Torquatum*, tamquam disponeret jam imperii curas, praeficeretque rationibus et libellis et epistolis libertos: *inania simul et falsa. Nam Silanus intentior metu, et exitio Patrui ad praecavendum exterritus erat. Inducit posthac vocabulo indicum, qui in Lepidam, Cassii uxorem, Silani amitam*, incestum cum fratris filio, et diros sacrorum ritus *confingerent. Trahebantur, ut conscii, Vulcatius Tullinus, ac Marcellus Cornelius, Senatores, et Calpurnius Fabatus, Eques Romanus: qui, adpellato Principe, instantem damnationem frustrati, mox Neronem, circa summa scelera distentum, quasi minores evasere.*

9. *Tunc consulto Senatus* Cassio et Silano exilia *decernuntur:* de Lepida Caesar statueret. *Deportatusque in insulam Sardiniam Cassius, et senectus ejus expectabatur. Silanus, tamquam Naxum deveheretur, Hostiam amotus: post municipio Apuliae, cui nomen est Barium, clauditur. Illic, indignissimum casum sapienter tolerans, a centurione, ad caedem misso, corripitur: suadentique*, venas abrumpere, animum quidem morti destinatum, *ait*, sed non permittere percussori gloriam ministerii. *At Centurio, quam-*

quello di Cajo Cassio, iscrittovi CAPOPARTE, *come per cercar semi di civil guerra, e ribellione dalla famiglia de' Cesari. E, per non valersi a destar tumulto soltanto della memoria d' un nome atroce, aver assunto Lucio Silano, giovane d' alto lignaggio, d' animo ferocissimo, per farlo capo all' impresa.*

8. Quindi a Silano stesso le stesse colpe rimproverò, che a Torquato suo zio, *come già disponesse i carichi dell' imperio, ed i liberti a conti, a registri, a lettere preponesse*: accuse vane e bugiarde. Poichè Silano, più cauto per la paura aveva appreso a far senno dalla ruina del zio. Poi, sotto nome di testimoni, seduce alcuni a calunniar Lepida, moglie di Cassio, zia di Silano, *d' incesto con un figliuol del fratello, e d' esecrandi incantesimi.* Strascinavansi, come complici, Vulcazio Tullino e Marcello Cornelio, Senatori, e Calpurnio Fabato, cavaliere romano: i quali, appellato al Principe, elusero la soprastante condanna, poi da Nerone, occupato in grandi misfatti, come minori scamparono.

9. Per decreto allora de' Padri *Cassio e Silano si esigliano: Cesare deliberasse di Lepida.* Cassio fu confinato in Sardegna, e la sua vecchiezza aspettavasi. Silano ad Ostia si trasportò, come per trarlo a Nasso: poi si rinchiuse nel municipio di Puglia, che Bari appellasi. Là, tollerando sapientemente l'indegno caso, dal centurione, spedito a trucidarlo, sorprendesi. E consigliatone a *lacerarsi le vene*, *ho ben deciso morire*, disse, *ma non che gloria n'abbia la mano di un assassino*. Ma il centurione

vis inermem, praevalidum tamen et irae quam timori propiorem cernens, premi a militibus jubet. Nec omisit Silanus obniti, et intendere ictus, quantum manibus nudis valebat, donec a centurione vulneribus adversis, tamquam in pugna, caderet.

10. *Haud minus prompte L. Vetus, socrusque ejus Sextia, et Pollutia filia, necem subiere: invisi Principi, tamquam vivendo exprobrarent interfectum esse Rubellium Plautum, generum Lucii Veteris. Sed initium detegendae saevitiae praebuit, interversis patroni rebus, ad accusationem transgrediens Fortunatus libertus, adscito Claudio Demiano, quem, ob flagitia vinctum a Vetere, Asiae proconsule, exsolvit Nero, in praemium accusationis. Quod ubi cognitum reo, seque et libertun pari sorte componi, Formianos in agros digreditur. Illic eum milites occulta custodia circumdant. Aderat filia, super ingruens periculum, longo dolore atrox, ex quo percussores Plauti, mariti sui viderat: cruentamque cervicem ejus amplexa, servabat sanguinem, et vestes respersas; vidua, implexa luctu continuo, nec ullis alimentis, nisi quae mortem arcerent. Tum, hortante patre, Neapolin pergit. Et, quia aditu Neronis prohibebatur, egressus obsidens*, audiret insontem, neve Consulatus sui quondam collegam dederet liberto, *modo muliebri ejulatu, aliquando, sexum egressa, voce infensa, clamitabat, donec Princeps immobilem se precibus et invidiae juxta ostendit.*

vistolo, quantunque inerme, poderosissimo, e più adirato che timido, fa da'soldati investirlo. Nè tralasciò di resistere e vibrar colpi Silano, quanto poteva con mani ignude, finchè ferito di fronte dal centurione, come in battaglia, cadde.

10. Non incontrarono meno animosamente la morte L. Vetere, e la sua suocera Sestia, e la figliuola Polluzia: odiosi al Principe, perchè vivendo gli rinfacciavano l'uccision di Rubellio Plauto, genero di Lucio Vetere. Ma occasione gli offerse di rompersi a crudeltà Fortunato liberto col farsi ad accusare il padrone, straziatone le sostanze, e collegatosi Claudio Demiano, cui, per vergogne incarcerato da Vetere proconsol d'Asia, Nerone, in premio di tale accusa, disciolse. Appena conobbe ciò l'accusato, e come egli era agguagliato ad un suo liberto, ritirasi nelle campagne Formiane. Ivi lo stringono di occulta guardia i soldati. V'era la figlia, oltre l'urgente pericolo fiera di lungo dolore dacchè vide gli uccisori di Plauto, suo marito: e la sanguinosa testa baciatone, il sangue e le vesti aspersene conservava: vedova, immersa in continuo lutto, e alimentandosi quanto per non morire. Allor, dal padre esortata, si reca a Napoli. E vietatolesi di presentarsi a Nerone, le uscite tutte assediandone, schiamazzava, *che un'innocente ascoltasse, nè ad un liberto sagrificasse un già suo collega nel Consolato*, ora con lai donneschi, talor, superando il sesso, con voce atroce, sinchè Nerone mostrossi egualmente a suppliche ed a minacce inflessibile.

11. *Ergo nuntiat patri*, abjicere spem, et uti necessitate. *Simul adfertur*, parari cognitionem Senatus, et trucem sententiam. *Nec defuere, qui monerent*, magna ex parte heredem Caesarem nuncupare, atque ita nepotibus de reliquo consulere. *Quod adspernatus, ne vitam, proxime libertatem actam, novissimo servitio foedaret, largitur in servos, quantum aderat pecuniae: et*, si qua asportari possent, sibi quemque deducere, tris modo lectulos ad suprema retineri, *jubet. Tunc eodem in cubiculo, eodem ferro abscindunt venas, properique, et singulis vestibus ad verecundiam velati, balneis inferuntur: pater filiam, avia neptem, illa utrosque intuens, et certatim precantes* labenti animae celerem exitum, ut relinquerent suos superstites et morituros. *Servavitque ordinem fortuna: ac seniores prius, tum cui prima aetas, exstinguuntur. Accusati post sepulturam, decretumque*, ut more majorum punirentur. *Et Nero intercessit*, mortem sine arbitro *permittens. Ea, caedibus peractis, ludibria adjiciebantur.*

12. *P. Gallus, Eques Romanus, quod Fenio Rufo intimus et Veteri non alienus fuerat, aqua atque igni prohibitus est. Liberto et accusatori praemium operae, locus in theatro inter viatores Tribunicios, datur. Et mensis, qui Aprilem, eundemque Neroneum, sequebatur, Maius* Claudii, *Junius* Germanici, *vocabulis mutantur: testificante Cornelio Orfito, qui id censuerat*, ideo Junium mensem transmissum, quia duo jam Torquati, ob scelera interfecti, infaustum nomen Junium fecissent.

11. Partecipa dunque al padre *di deporre ogni speranza e cedere alla necessità*. Giunge anche avviso, *apprestarglisi sentenza atroce in Senato*. Nè mancò chi lo consigliasse *a nominare erede in gran parte Cesare, per conservare in tal guisa il rimanente a' nipoti*. Ei ricusò, per non lordare di servil onta in su gli estremi una vita vissuta presso che in libertà. A' servi dona quant' oro avea, e fa *che ognuno si tolga quanto potea trasportarsi, lasciato solo tre letti pe' funerali*. Quindi nella medesima camera con il medesimo ferro laceransi le vene, e frettolosi e velati per verecondia ciascuno d' una sua veste entran ne' bagni: risguardando il padre alla figlia, l' avola alla nipote, quella ad entrambi; ed implorando a gara *alla mancante anima pronta uscita per lasciar pure i suoi moribondi sì, ma superstiti*. E la fortuna rispettò l'ordine: prima il più vecchio, quindi chi aveva maggior età, spirano. Dopo sepolti accusaronsi; e decretossi, *che di capestro morissero*. Ma s'interpose Nerone, acconsentendo loro *di morire a lor senno*. A' consumati assassini cotali scherni aggiungevansi.

12. A P. Gallo, cavaliere romano, perchè fu intrinseco di Fenio Rufo e non inimico a Vetere, fu l' acqua e il fuoco interdetto. Al liberto e all'accusatore in premio dell' opera si concede luogo in teatro fra' tribunizj famigli. E il mese Maggio, che seguitava Aprile, chiamato ancora *Neronio*, si nominasse *Claudio*, Giugno *Germanico:* protestando Cornelio Orfito, che proponevalo, *perciò sopprimersi il mese Giugno, perchè già due Torquati, per scelleraggini uccisi, resero il nome Giunio infelice*.

13. *Tot facinoribus foedum annum etiam Dii tempestatibus et morbis insignivere. Vastata Campania turbine ventorum, qui villas, arbusta, fruges passim disjecit. Pertulitque violentiam ad vicina urbi: in qua omne mortalium genus vis pestilentiae depopulabatur, nulla coeli intemperie, quae occurreret oculis. Sed domus corporibus exanimis, itinera funeribus, complebantur: non sexus, non aetas periculo vacua. Servitia perinde et ingenua plebes raptim extingui, inter conjugum et liberorum lamenta, qui, dum adsident, dum deflent, saepe eodem rogo cremabantur. Equitum Senatorumque interitus, quamvis promiscui, minus flebiles erant; tamquam communi mortalitate saevitiam Principis praevenirent. Eodem anno delectus per Galliam Narbonensem Africamque et Asiam habiti sunt, supplendis Illyrici legionibus, ex quibus aetate aut valetudine fessi sacramento solvebantur. Cladem Lugdunensem quadragies sestertio solatus est Princeps, ut amissa urbi reponerent: quam pecuniam Lugdunenses ante obtulerant, turbidis casibus.*

14. *C. Suetonio L. Telesino Coss. Antistius Sosianus, factitatis in Neronem carminibus probrosis, exilio, ut dixi, multatus, postquam id honoris indicibus tamque promptum ad caedes Principem, accepit, inquies animo, et occasionum haud segnis, Pammenem, ejusdem loci exulem, et Chaldaeorum arte famosum, eoque multorum amicitiis innexum, similitudine fortunae sibi conciliat. Ventitare ad eum nuntios*

13. Un anno, sozzo di tanti misfatti, anche gl'Iddii con tempeste e infermità segnalarono. La Campania fu devastata da una bufera di vento, che case alberi messi per ogni dove atterrò; e spinse la violenza sino alle porte di Roma, ove feroce peste straziava ogni generazion di viventi, senza che in aria segno visibile ne apparisse. Le case empivansi di cadaveri, di funerali le strade. Non sesso scampò al pericolo, non età. Confondeva precipitosa morte liberi e servi fra gli ululati delle consorti e de'figli, che mentre assistonli, mentre plorano, spesso nel rogo stesso s'ardevano. Le morti de' Cavalieri e de' Senatori, benchè comuni, erano men deplorabili, come con la comune mortalità la crudeltà del Principe prevenissero. Nello stess'anno nuovi soldati per la Gallia Narbonese, per l'Asia e l'Affrica si descrissero per rifornire gli eserciti dell'Illirico, ove gl'invalidi per vecchiezza od infermità scioglievansi dal giuramento. Diede Nerone alla città di Lione arsa dal fuoco, onde riaversi dalle rovine, quattro milion di sesterzj: somma, che i Lionesi già prima offersero ne'travagli della Repubblica.

14. Consoli Cajo Svetonio e Lucio Telesino, Antistio Sosiano cacciato, come già dissi, in esilio per versi vituperosi composti contro Nerone, posciachè intese in tant' onore le spie, e il Principe tanto spedito alle stragi, d'anima inquieta e non pigra nelle occasioni, guadagnasi con la conformità della fortuna Pammene colà pur esule, e celebre per magistero d'astrologia, e sostenuto perciò da molte amicizie. Pensatosi che non a caso

et consultationes non frustra ratus, simul annuam pecuniam a P. Antejo ministrari cognoscit. Neque nescium habebat, Antejum caritate Agrippinae invisum Neroni, opesque ejus praecipuas ad eliciendam cupidinem, eamque caussam multis exitio esse. Igitur, interceptis Anteii litteris, furatus etiam libellos, quibus dies genitalis ejus et eventura secretis Pammenis occultabantur, simul repertis, quae de ortu vitaque Ostorii Scapulae composita erant, scribit ad Principem, magna se, et quae incolumitati ejus conducerent adlaturum, si brevem exilii veniam impetravisset. Quippe Antejum et Ostorium imminere rebus, et sua Caesarisque fata scrutari. *Exin missae liburnicae, advehiturque propere Sosianus. Ac, vulgato ejus indicio, inter damnatos magis, quam inter reos, Antejus Ostoriusque habebantur: adeo ut testamentum Anteii nemo obsignaret, nisi Tigellinus auctor extitisset. Monitus prius Antejus*, ne supremas tabulas moraretur. *Atque ille, hausto veneno, tarditatem ejus perosus, intercisis venis, mortem adproperavit.*

15. *Ostorius longinquis in agris, apud finem Ligurum, id temporis erat. Eo missus centurio, qui caedem ejus maturaret. Caussa festinandi ex eo oriebatur, quod Ostorius multa militari fama, et civicam coronam apud Britanniam meritus, ingenti corporis robore, armorumque scientia, metum Neroni fecerat, ne invaderet pavidum semper, et reperta nuper conjuratione magis exterritum. Igitur centurio, ubi effugia villae*

messi e consulti gli si affollavano, scopre eziandio fornirglisi annual somma da Publio Antejo. Nè gli era occulto odiarsi Antejo da Nerone per l'affezion di Agrippina, e la sua ricchezza irritarne la cupidigia, e questa essere cagione a più di rovina. Dunque, intercette le lettere e furati ancora i libri d'Antejo, ne' quali aveva Pammene segretamente notato il suo dì natale ed il suo destino; trovato insieme i suoi calcoli sulla nascita e sulla vita di Ostorio Scapola; scrive al Principe, *che apporterebbe gran cose alla sua salute importanti*, *se per un poco gli sospendesse l'esilio: perocchè Antejo ed Ostorio il principato adocchiavano*, *e investigavano la sorte loro e di Cesare*. Spedisconsi dunque fuste a recarne in furia Sosiano. E, divulgatosi la sua denunzia, Antejo ed Ostorio tra' condannati s'avevano più che tra' rei: cosicchè niuno il testamento d' Antejo suggellava, se Tigellino nol consentiva. Fu prima Antejo consigliato *a non indugiare l'ultima sua volontà*. Ed egli, preso il veleno, nojato di sua lentezza, colle squarciate vene la morte s'accelerò.

15. Stavasi allora Ostorio in una villa lontana a' confini della Liguria. Là un Centurione inviossi ad affrettarne la morte. Da ciò nasceva la fretta, che Ostorio pieno di gloria guerriera, e meritatosi una corona civica nella Brettagna, per la gran lena del corpo e la perizia dell' armi mise paura a Nerone, che sempre timido e per la dianzi occorsa congiura più sbigottito non lo assaltasse. Il Centurione dunque, poich' ebbe chiusa ogni via della

clausit, jussa Imperatoris Ostorio aperit. Is fortitudinem adversum hostes saepe spectatam in se vertit: et, quia venae, quamquam interruptae, parum sanguinis effundebant, hactenus manu servi usus, ut immotum pugionem extolleret, adpressit dextram ejus, juguloque occurrit.

16. *Etiam si bella externa et obitas pro Rep. mortes tanta casuum similitudine memorarem, meque ipsum satietas cepisset, aliorumque taedium expectarem, quamvis honestos civium exitus, tristes tamen et continuos adspernantium. At nunc patientia servilis, tantumque sanguinis domi perditum, fatigant animum et moestitia restringunt. Neque aliam defensionem ab iis, quibus ista noscentur, exegerim, quam, ne oderint tam segniter pereuntes. Ira illa Numinum in res Romanas fuit, quam non, ut in cladibus exercitum, aut captivitate urbium, semel editam transire licet. Detur hoc illustrium virorum posteritati, ut, quomodo exequiis a promiscua sepultura separantur, ita, in traditione supremorum, accipiant habeantque propriam memoriam.*

17. *Paucos quippe intra dies, eodem agmine, Annaeus Mella, Cerialis Anicius, Rufius Crispinus, ac C. Petronius cecidere. Mella et Crispinus, Equites Romani, dignitate Senatoria. Nam hic quondam Praefectus Praetorii, et consularibus insignibus donatus, ac nuper crimine conjurationis in Sardiniam exactus, accepto jussae mortis nuntio, semet interfecit. Mella, quibus Gallio et Seneca, parentibus natus, petitione honorum*

villa, svela ad Ostorio i cenni del Principe. Egli contro sè volse quella fortezza già segnalata più volte contro i nemici. E perchè il sangue a stento dalle squarciate vene sgorgava, ordinando solo ad un servo d' inalzar fermo un pugnale, abbassogli il braccio, e lo scontrò con la gola.

16. Benchè io narrassi guerre straniere, o morti per la Repubblica sostenute con tanta conformità di accidenti, e avrei nojato me stesso, ed increscevole a quelli riuscirei, che abborrirebbono morti, benchè onorate, dolenti pure e continue di cittadini. Ma ora tanta servil pazienza, e tanto sangue versato in casa, mi stancano ed empion l' animo di tristezza. Nè altra grazia a coloro, che tali cose conosceranno, domanderò, se non che estinti così vilmente non odiino. Quella fu ira degli Dei contro le cose Romane, la quale esposta una volta non può trasandarsi, come in eserciti sbaragliati, o in debellate città. Alla posterità concedasi de' chiari uomini, che come un comun sepolcro col volgo non gli confonde, così la narrazione speziale delle lor morti distinguane la memoria.

17. Poichè in pochi giorni a truppa Anneo Mella, Ceriale Anicio, Rufio Crispino, e Cajo Petronio perirono. Mella e Crispino, cavalieri romani, con dignità senatoria. Perchè Crispino, Prefetto già del Pretorio, e ornato di consolari insegne, ed a cagione della congiura dianzi espulso in Sardegna, intimatogli di morire, da sè medesimo s'ammazzò. Mella fratello di Gallione e di Seneca s'era dal domandare onori astenuto per una strana am-

abstinuerat, *per ambitionem praeposteram*, *ut Eques Romanus Consularibus potentia aequaretur. Simul adquirendae pecuniae brevius iter credebat, per procurationes administrandis Principis negotiis. Idem Annaeum Lucanum genuerat, grande adjumentum claritudinis. Quo interfecto, dum rem familiarem ejus acriter requirit*, *accusatorem concivit Fabium Romanum*, *ex intimis Lucani amicis.* Mixta inter Patrem filiumque conjurationis scientia fingitur, *adsimulatis Lucani litteris: quas inspectas Nero* ferri ad eum *jussit*, *opibus ejus inhians. At Mella*, *quae tum promptissima mortis via*, *exsolvit venas: scriptis codicillis*, *quibus grandem pecuniam in Tigellinum*, *generumque ejus Cossutianum Capitonem erogabat*, *quo cetera manerent. Additur codicillis*, *tamquam de iniquitate exitii querens, ita scripsisse:* se quidem mori nullis supplicii caussis; Rufium tamen Crispinum et Anicium Cerialem vita frui, infensos Principi. *Quae composita credebantur; de Crispino*, *quia interfectus erat; de Ceriale*, *ut interficeretur. Neque enim multo post vim sibi adtulit*, *minore quam ceteri miseratione*, *quia proditam C. Caesari conjurationem ab eo meminerant.*

18. *De C. Petronio pauca supra repetenda sunt. Nam illi dies per somnum, nox officiis*, *et oblectamentis vitae transigebatur. Utque alios industria*, *ita hunc ignavia ad famam protulerat: habebaturque non ganeo et profligator*, *ut plerique sua haurientium*, *sed erudito luxu. Ac dicta factaque ejus*, *quanto solutiora*, *et quan-*

bizione, perchè un cavalier romano a' consolari in potere si pareggiasse: credeva insieme via d'arricchire più pronta amministrar gli affari del Principe. Era anche padre di Anneo Lucano, grande appoggio di sua chiarezza; il quale ucciso, mentre che vivamente ricercane le sostanze, accusatore si provocò Fabio Romano, amico intimo di Lucano. Fingesi, *il padre intrigato nella congiura col figlio* per lettere di costui contraffatte, le quali osservate Nerone impose gli si recassero, le sue ricchezze agognando. Mella però, ch'era in allora la via più pronta di morte, s'aprì le vene, lasciato ne' codicilli a Tigellino e a Cossuziano Capitone genero suo gran somma onde salvare il restante. Aggiugnesi, ch'egli scrivesse, come dell'indegna morte dolendosi, ne' codicilli, *ch'egli moriva certo senza cagion di supplizio: lieti però vivevansi Ceriale e Crispino nemici al Principe*. Le quali cose credeansi finte; di Crispino, perchè s'era ucciso; di Ceriale, perchè s'uccidesse: poichè non molto poi s'ammazzò; meno che gli altri compianto, perchè vivea la memoria della congiura da lui svelata a Cajo Cesare.

18. Di Cajo Petronio gli è d'uopo farsi da lungi. Poich'egli nel sonno il giorno, la notte nelle faccende o ne' piaceri spendeva: e come ad altri l'industria, così diè grido a costui l'ignavia: nè bordelliere e dissipatore, siccome i più scialacquatori del proprio, si reputava, ma un elegante voluttuoso. Ed ogni suo motto e fatto, quanto più sciolto ed espres-

dam sui negligentiam praeferentia, tanto gratius in speciem simplicitatis accipiebantur. Proconsul tamen Bithyniae, et mox Consul, vigentem se ac parem negotiis ostendit: dein revolutus ad vitia, seu vitiorum imitationem, inter paucos familiarium Neroni adsumptus est, elegantiae arbiter; dum nihil amoenum, et molle adfluentia putat, nisi quod ei Petronius adprobavisset. Unde invidia Tigellini, quasi adversus aemulum, et scientia voluptatum potiorem. Ergo crudelitatem Principis, cui ceterae libidines cedebant, adgreditur, amicitiam Scevini Petronio objectans, corrupto ad indicium servo, ademptaque defensione, et majore parte familiae in vincla rapta.

19. *Forte illis diebus Campaniam petiverat Caesar, et Cumas usque progressus Petronius illic adtinebatur. Nec tulit ultra timoris aut spei moras. Neque tamen praeceps vitam expulit, sed incisas venas, ut libitum, obligatas, aperire rursum, et adloqui amicos, non per seria, aut quibus constantiae gloriam peteret. Audiebatque referentes, nihil de immortalitate animae, et sapientium placitis, sed levia carmina et faciles versus. Servorum alios largitione, quosdam verberibus adfecit. Iniit epulas, somno indulsit, ut, quamquam coacta mors, fortuitae similis esset. Ne codicillis quidem (quod plerique pereuntium) Neronem aut Tigellinum, aut quem alium potentium adulatus est: sed flagitia Principis, sub nominibus exoletorum foeminarumque, et novitate cujusque stupri, perscripsit, atque*

so con una certa negligenza appariva, tanto più gratamente, in forma di semplicità, s'accoglieva. Pure Proconsole della Bitinia, e poi Console, si mostrò vegeto e pari all'incarico: poi ripiegatosi a' vizj, o alle apparenze de' vizj, fu assunto fra i pochi intimi di Nerone a maestro di voluttà: mentr' egli nulla giocondo reputa e delicato, se come tale non aggradisse a Petronio. Onde arse l'odio di Tigellino, quasi contro un rivale, e più forte per magistero di voluttà. Irrita dunque la crudeltà del Principe, a cui l'altre passioni cedevano, l'amicizia apponendogli di Scevino, corrottone un servo a testimoniarla, e toltagli la difesa, e strascinatone in carcere la maggior parte de' servi.

19. S'era in que' giorni recato Cesare a caso nella Campania; e Petronio, in sino a Cuma inoltratosi, là rattenevasi. Non sopportò d'indugiar più a lungo fra la speranza e il timore: non però volle precipitare sua morte; ma si ferì le vene, a suo piacere le chiuse, le aprì di nuovo, ed agli amici parlò non seriamente, nè cose d'averne gloria d'intrepidezza. Ed ascoltava gli espositori, nulla della immortalità dell'anima e di massime di sapienti, ma poesie delicate e versi voluttuosi. Ad alcuni servi donò; altri pestò di flagelli: s'asside a mensa; ponsi a dormire, perchè natural paresse, benchè forzata, sua morte. Neppure ne' codicilli, siccome i più che morivano, Cesare o Tigellino o altri de' prepotenti adulò; ma sotto nome di bagascioni e di putte, e con le nuove maniere di ciascun stupro notò le infamie del Principe, e suggellate mandogliele; e

obsignata misit Neroni: fregitque annulum, ne mox usui esset ad facienda pericula.

20. *Ambigenti Neroni, quonam modo noctium suarum ingenia notescerent, offertur Silia, matrimonio Senatoris haud ignota, et ipsi ad omnem libidinem adscita, ac Petronio perquam familiaris. Agitur in exilium, tamquam non siluisset quae viderat pertuleratque, proprio odio. At Minucium Thermum, praetura functum, Tigellini simultatibus dedidit, quia libertus Thermi quaedam de Tigellino criminose detulerat, quae cruciatibus tormentorum ipse, patronus ejus nece immerita lueret.*

21. *Trucidatis tot insignibus viris, ad postremum Nero virtutem ipsam exscindere concupivit, interfecto Thrasea Paeto et Barea Sorano, olim utrisque infensus, et accedentibus caussis in Thraseam: quod Senatu egressus est, cum de Agrippina referretur, ut memoravi: quodque Juvenalium ludicro parum expetibilem operam praebuerat: eaque offensio altius penetrabat, quia idem Thrasea Patavii, unde ortus erat, ludis Cesticis, a Trojano Antenore institutis, habitu tragico cecinerat. Die quoque, quo Praetor Antistius, ob probra in Neronem composita, ad mortem damnabatur, mitiora censuit obtinuitque: et, cum Deum honores Poppaeae decernerentur, sponte absens, funeri non interfuit. Quae obliterari non sinebat Capito Cossutianus, praeter animum ad flagitia praecipitem, inimicus Thraseae, quod auctoritate ejus concidisset, juvantis Cilicum legatos, dum Capitonem repetundarum interrogant.*

ruppe l'anello, perchè stromento non fosse poi di rovina.

20. Fantasticando Nerone in che maniera le tresche delle sue notti si penetrassero, caddegli in mente Silia, pel matrimonio d'un Senatore assai conosciuta, e da lui stesso usata ad ogni libidine, ed amica assai di Petronio. Cacciala per proprio odio in esilio, come che non tacesse quanto ella vide o patì. Sagrificò per altro Minucio Termo, di già Pretore, ai rancori di Tigellino, perchè un liberto di Termo alcune colpe a carico di Tigellino svelò, di cui pagò egli il fio con gli strazj della tortura, il suo padrone con morte non meritata.

21. Trucidati tanti chiari uomini, bramò finalmente Nerone di esterminare la virtù stessa, spento Trasea Peto e Barea Sorano, di già nemico ad entrambi, e di Trasea spezialmente; perchè uscì di Senato, quando, come narrai, trattavasi di Agrippina, nè vivamente si espresse nello spettacolo de'Giovenali; e ciò più al vivo pungevalo, perchè lo stesso Trasea in Padova, dove era nato, ne'giuochi Cestici, già dal Trojano Antenore istituiti, aveva cantato in tragico abbigliamento. Inoltre il dì, che il Pretore Antistio, per vituperj composti contro Nerone, a morte si condannava, tenne più dolce avviso, e prevalse: e quando si decretavano divini onori a Poppea, spontaneamente assentatosi, all'esequie non intervenne. Le quali cose non permettea s'obbliassero Capiton Cossuziano, oltre l'animo precipitoso a'misfatti, di lui nemico, perchè soggiacque per autorità di Trasea, che sostenne gli ambasciadori de' Cilici, che di estorsioni accusavano Capitone.

22. *Quin et illa objectabat:* principio anni vitare Thraseam sollenne jusjurandum; nuncupationibus votorum non adesse, quamvis Quindecimvirali Sacerdotio praeditum: nunquam pro salute Principis, aut caelesti voce immolavisse: assiduum olim et indefessum, qui vulgaribus quoque Patrum consultis semet fautorem aut adversarium ostenderet, triennio non introiisse curiam: nuperrimeque, cum ad coercendos Silanum et Veterem certatim concurreretur, privatis potius clientium negotiis vacavisse. Secessionem jam id et partes, et, si multi idem audeant, bellum esse. Ut quondam C. Caesarem, *inquit*, et M. Catonem, ita nunc te, Nero, et Thraseam avida discordiarum civitas loquitur. Et habet sectatores, vel potius satellites, qui nondum contumaciam sententiarum, sed habitum vultumque ejus sectantur, rigidi et tristes, quo tibi lasciviam exprobrent. Huic uni incolumitas tua, tuae artes, sine honore. Prosperas Principis res spernit: etiamne luctibus et doloribus non satiatur? Ejusdem animi est, Poppaeam Divam non credere, cujus in acta divi Augusti et divi Julii non jurare. Spernit religiones, abrogat leges. Diurna Populi Romani per provincias, per exercitus curatius, leguntur, ut noscatur quid Thrasea non fecerit. Aut transeamus ad illa instituta, si potiora sunt: aut nova cupientibus auferatur dux et auctor. Ista secta Tuberones et Favonios, veteri quoque Reip. ingrata nomina, genuit. Ut imperium evertant, libertatem praeferunt: si perverterint, libertatem ipsam adgredientur. Frustra Cassium amovisti, si gliscere et vigere Brutorum aemulos passurus es.

22. Anzi opponevagli ancora, *che al principiar dell'anno Trasea sfuggiva il giuramento solenne: alla celebrazione de' voti non assisteva, benchè fregiato del Sacerdozio de' Quindici: che mai non sagrificò per la salute o celeste voce del Principe: che assiduo prima e indefesso per dimostrarsi o fautore o contrario a' decreti volgari ancora de' Padri, or da tre anni non entra in Curia: e or ora poi, mentre accorrevasi a gara ad opprimere Silano e Vetere, più tosto attese alle private necessità de' clienti. È già questo ribellione, e fazione, e, se molti lo stesso ardiscano, guerra. La città*, disse, *o Nerone, avida di discordie, come una volta di Cesare e di Catone, parla or di te e di Trasea. Ha già seguaci, o a meglio dire satelliti, che non ancor l'arroganza delle sentenze, ma le maniere e il volto ne imitano, rigidi e burberi, per gravar te di lascivia. Da costui solo la tua salute, i tuoi esercizj, non pregiansi. Sprezza del Principe le cose prospere: ancora che degli affanni e de' pianti suoi non si sazj? È pari temerità non credere Iddia Poppea, che non giurare negli atti de' divi Giulio ed Augusto. Sprezza le religioni, le leggi annienta. I giornali del popol romano più attentamente per le provincie e per gli eserciti leggonsi, onde conoscere che non ha fatto Trasea. O tali istituti, ove migliori sieno, abbracciamo: o capo e stimolo tolgasi agli avidi di novità. Cotesta setta generò i Tuberoni e i Favonj, nomi discari anche alla vecchia repubblica. Per rovesciar l'imperio gridano libertà:*

Denique nihil ipse de Thrasea scripseris, disceptatorem Senatum nobis relinque. *Extollit ira promptum Cossutiani animum Nero adjicitque Marcellum Eprium, acri eloquentia.*

23. *At Baream Soranum jam sibi Ostorius Sabinus, Eques Romanus, poposcerat reum, ex Proconsulatu Asiae, in qua offensiones Principis auxit justitia atque industria, et quia portui Ephesiorum aperiendo curam insumpserat: vimque civitatis Pergamenae, prohibentis Acratum, Caesaris libertum, statuas et picturas avehere, inultam omiserat. Sed crimini dabatur* amicitia Plauti, et ambitio conciliandae provinciae ad spes novas. *Tempus damnationi delectum, quo Tiridates accipiendo Armeniae regno adventabat: ut ad externa rumoribus intestinum scelus obscuraretur, an, ut magnitudinem Imperatoriam caede insignium virorum, quasi regio facinore, ostentaret.*

24. *Igitur, omni civitate ad excipiendum Principem spectandumque Regem effusa, Thrasea, occursu prohibitus, non demisit animum: sed codicillos ad Neronem composuit, requirens* objecta, et expurgaturum adseverans, si notitiam criminum et copiam diluendi habuisset. *Eos codicillos Nero properanter accepit, spe, exterritum Thraseam scripsisse, per quae claritudinem Principis extolleret, suamque famam dehonestaret. Quod ubi non evenit, vultumque et spiritus et*

se lo atterrino, la libertà medesima assaliranno. Indarno cacciasti Cassio, ove permetti che crescano e invigoriscano gl' imitatori de' Bruti. In somma nulla tu scrivere su Trasea; lascia il Senato ne giudichi. Loda Nerone l'animo ardente di Capitone, e gli aggiunge Marcello Eprio d'impetuosa eloquenza.

23. Ma Ostorio Sabino, cavalier romano, avea già mosso querela, contro Barea Sorano, uscito Proconsol d'Asia, ove accrebbe l'ira del Principe con la giustizia e la vigilanza, e perchè attese ad aprire il porto di Efeso, ed impunita lasciò la violenza di Pergamo, che ad Acrato, liberto di Cesare, di portar via statue e pitture vietò. Gli s'imputava però a delitto *l'amicizia di Plauto e l'ambizione di guadagnar la provincia ad argomenti d'imperio*. Fu scelto, per la condanna il tempo, che Tiridate veniva a prendere la signoria dell'Armenia, affinchè nello strepito d'uno straniero obbietto l'interna ribalderia s'occultasse, o per ostentare con la uccisione di uomini segnalati, come reale impresa, la imperiale maestà.

24. Accorsa dunque la città tutta a incontrare il Principe ed a vedere il re, Trasea, vietatogli tale incontro, non si smarrì; ma scrisse a Nerone, chiedendo *che gli apponessero?* asseverando *purgarsene, dataglisi contezza de' carichi, e facoltà di sgravarsene*. Apre Nerone in fretta la lettera, sulla speranza, che sbigottito scrivagli cose Trasea, che inalzino la dignità del Principe e il nome suo disonorino. Posciachè ciò non avvenne, e temette inoltre l'aspetto la libertà gli spiriti d'un innocente,

libertatem insontis ultro extimuit, vocari Patres *jubet*. *Tum Thrasea inter proximos consultavit*, tentaretne defensionem, an sperneret.

25. *Diversa consilia adferebantur*. *Quibus intrari curiam placebat*, securos esse de constantia ejus, *dixerunt;* nihil dicturum, nisi quo gloriam augeret. Segnes et pavidos supremis suis secretum circumdare. Adspiceret Populus virum morti obvium: audiret Senatus voces, quasi ex aliquo numine supra humanas: posse ipso miraculo etiam Neronem permoveri. Sin crudelitati insisteret, distingui certe apud posteros memoriam honesti exitus ab ignavia per silentium pereuntium.

26. *Contra*, *qui opperiendum domi censebant*, *de ipso Thrasea eadem;* sed ludibria et contumelias imminere: subtraheret aures conviciis et probris. Non solum Cossutianum aut Eprium ad scelus promptos: superesse, qui forsitan manus ictusque per immanitatem ausuri: etiam bonos metu sequi. Detraheret potius Senatui, quem perornavisset, infamiam tanti flagitii; et relinqueret incertum, quid, viso Thrasea reo, decreturi Patres fuerint. Ut Neronem flagitiorum pudor caperet, irrita spe agitari: multoque magis timendum, ne in conjugem, in familiam, in cetera pignora ejus saeviret. Proinde intemeratus, impollutus, quorum vestigiis et studiis vitam duxerit, eorum gloria peteret finem. *Aderat consilio Rusticus Arulenus*, *flagrans juvenis*, *et*

aduna i Padri a consiglio. Allor Trasea deliberò tra' congiunti, *se cimentar dovesse, o disprezzar la difesa.*

25. Furono varj i consigli. Coloro, a' quali piaceva che in Curia si presentasse, dissero, *ch' eran certi di sua fermezza: nulla ei direbbe, che gloria non gli accrescesse. I codardi e timidi involgere nel segreto i respiri estremi. Miri un magnanimo il Popolo, il miri incontrar la morte: oda il Senato le soprumane voci, quasi ispirate da un Dio: potrebbe il prodigio scuotere Nerone stesso: se poi a crudeltà si ostini, la posterità certamente le chiare morti distingue dalla viltà di chi lasciasi tacitamente perire.*

26. Per lo contrario chi ad aspettare in casa lo consigliavano, le stesse cose affermavano di Trasea, *ma soprastargli dileggi e scherni: sottraesse le orecchie all' onte ed agl' improperj. Non solo Cossuziano ed Eprio esser pronti a scelleratezze: altri pur esservi, che avrebbon forse la crudeltà d' avventarglisi e manometterlo: la paura strascinerebbe anche i buoni. Tolga più tosto al Senato, cui sempre mai decorò, l' infamia di tanto eccesso; e lasci in dubbio che mai, visto Trasea reo, fossero i Padri per decretare. Vana speranza muoverli che Nerone dalla vergogna di sue brutture sia preso: esser vie più da temersi, ch' egli contro la moglie, contro della famiglia, contro i più cari pegni non infierisca. Perciò, incorrotto, inviolato, emuli il chiaro fine di quelli, ch' egli già s' ebbe a maestri e scorta della sua vita.* V' era pur Rustico Aruleno a consiglio, gio-

cupidine laudis offerebat se intercessurum Senatus consulto: *nam plebis Trib. erat. Cohibuit spiritus ejus Thrasea*, ne vana et reo non profutura, intercessori exitiosa, inciperet. Sibi actam aetatem, et tot per annos continuum vitae ordinem non deserendum: illi initium magistratuum, et integra, quae supersint. Multum ante secum expenderet, quod, tali in tempore, capessendae Reip. iter ingrederetur. *Ceterum ipse, an venire in Senatum deceret, meditationi suae reliquit.*

27. *At postera luce, duae Praetoriae cohortes armatae templum genetricis Veneris insedere. Aditum Senatus globus togatorum obsederat, non occultis gladiis. Dispersique per fora ac basilicas cunei militares. Inter quorum adspectus et minas ingressi curiam Senatores. Et oratio Principis per Quaestorem ejus audita est. Nemine nominatim compellato, Patres arguebat*, quod publica munia desererent, eorumque exemplo Equites Rom. ad segnitiam verterentur. Etenim, quid mirum, e longinquis provinciis haud veniri, cum plerique, adepti Consulatum et Sacerdotia, hortorum potius amoenitati inservirent: *quod velut telum adripuere accusatores.*

28. *Et, initium faciente Cossutiano, majore vi Marcellus*, summam Reip. agi, *clamitabat:* contumacia inferiorum lenitatem imperitantis deminui. Nimium mites ad eam diem Patres, qui Thraseam desciscentem, qui generum ejus, Helvi-

vane ardente, e per desìo di gloria *al decreto de' Padri* offrivasi *oppositore*, perchè Tribuno egli erasi della Plebe. Ne raffrenò l'ardore Trasea, *perchè a cose vane nè al reo proficue, ed all' oppositore dannevoli, non s'accingesse. Egli tal visse da non lasciare un tenor di vivere continuato tant' anni. Era però in sul toccare de' magistrati Aruleno, e libero da percorrerli. Pensasse bene per quale strada in tal tempo e' si mettesse al maneggio della repubblica.* Del resto se convenisse di presentarsi in Senato, prese a trattare da sè.

27. Ma il dì vegnente due compagnie Pretoriane appostaronsi al tempio di Venere genitrice. Uno stuol di togati teneva stretto con armi già non ascose l'adito del Senato; e per le piazze e basiliche drappelli armati si sparsero, tra i riguardi e le minacce de' quali i Senatori entrarono nella Curia. Ed ascoltossi per bocca del suo Questore un'orazione del Principe. Niuno ripresone a nome sgridava i Padri, *che abbandonasser gli ufficj pubblici, e sull' esempio loro i cavalieri romani a pigrizia si rilasciassero. Perocchè, qual meraviglia, che di remote provincie non vi si rechino, quando molti, del consolato fregiati e de' sacerdozj, più tosto attendono ad imbellire i giardini?* lo che, qual dardo, gli accusatori afferrarono.

28. E romor mossone da Cossuziano, con più veemenza Marcello esclama, *che della somma trattavasi della repubblica: per l'arroganza degl' inferiori minorasi l'umanità del regnante. Troppo già dolci i Padri sino a quel dì tollerarono, che il*

dium Priscum, in iisdem furoribus, simul Paconium Agrippinum, paterni in Principes odii heredem, et Curtium Montanum, detestanda carmina factitantem, eludere impune sinerent. Requirere se in Senatu Consularem; in votis sacerdotem; in jure jurando civem: nisi, contra instituta et caerimonias majorum, proditorem palam et hostem Thrasea induisset. Denique ageret Senatorem, et, Principis obtrectatores protegere solitus, veniret, censeret, quid corrigi aut mutari vellet: facilius perlaturos singula increpantem, quam nunc silentium perferrent omnia damnantis. Pacem illi per orbem terrae, an victorias sine damno exercituum, displicere? Ne hominem, bonis publicis maestum, et qui fora, theatra, templa pro solitudine haberet, qui minitaretur exilium suum, ambitionis pravae compotem facerent? Non illi consulta haec, non magistratus, aut Romanam urbem videri. Abrumperet vitam ab ea civitate, cujus caritatem olim, nunc et adspectum exuisset.

29. *Cum per haec atque talia Marcellus, ut erat torvus et minax, voce, vultu, oculis ardesceret; non illa nota et celebritate periculorum sueta jam Senatus maestitia; sed novus et altior pavor, manus et tela militum cernentibus. Simul ipsius Thraseae venerabilis species obversabatur: et erant, qui* Helvidium quoque *miserarentur*, innoxiae affinitatis poenas daturum. Quid Agrippino objectum, nisi tristem patris fortunam? quan-

sedizioso Trasea, che il suo genero Elvidio Prisco, d' eguale furore acceso, e Paconio Agrippino insieme, erede del patern' odio contro de' Principi, e Curzio Montano, autore di poesie detestabili, impunemente la dileggiassero. Un Consolare io cercherei nel Senato, un Sacerdote ne' voti, un cittadino nel giuramento, se contro i riti e' costumi degli antenati non si fosse palesemente Trasea mostrato e traditore e nemico. Operi dunque da senatore, ed uso a proteggere i detrattori del Principe, venga, pronunzj che mutar voglia o correggere. Più facilmente le sue parziali censure sopporteremo, che soffrirlo ora in silenzio riprovar tutto. La pace forse dell' universo, o le vittorie senza ruina di eserciti gli dispiacciono? Non lasciate godere di sua malvagia ambizione un uomo, che della pubblica felicità si rattrista, e che ne' fori, ne' teatri, ne' templi non vede che solitudine, e l' esilio suo ne minaccia. Queste non più consulte gli sembrano, non magistrati, non Roma. Cessi il suo vivere in tal città, che già dal cuore ed or dagli occhi si tolse.

29. Mentre Marcello così parlava, com' era burbero e minaccevole, nella voce, nel viso, negli occhi ardendo, non vedevasi nel Senato la manifesta e per la continuità de' pericoli già consueta mestizia; ma nuovo e più profondo spavento al mirar l' armi e la ferocità de' soldati. Dinanzi a' lor occhi insieme aggiravasi la venerabile immagine di Trasea: e da taluni commiseravasi *ancora Elvidio, presso a pagare il fio d' un parentado innocente.*

do et ille, perinde innocens, Tiberii saevitia concidisset. Enimvero Montanum probae juventae, neque famosi carminis, quia protulerit ingenium, extorrem agi.

30. *Atque interim Ostorius Sabinus, Sorani accusator, ingreditur, orditurque* de amicitia Rubellii Plauti, quodque Proconsulatum Asiae Soranus, pro claritate, sibi potius accommodatum, quam ex utilitate communi egisset, alendo seditiones civitatum. *Vetera haec: sed recens, et quod discrimini Patris filiam connectebat*, quod pecuniam Magis dilargita esset. *Acciderat sane pietate Serviliae (id enim nomen puellae fuit) quae, caritate erga parentem, simul imprudentia aetatis, non tamen aliud consultaverat, quam* de incolumitate domus, et an placabilis Nero, an cognitio Senatus nihil atrox adferret. *Igitur accita est in Senatum, steteruntque diversi: ante tribunal Consulum, grandis aevo parens; contra filia, intra vicesimum aetatis annum, nuper marito, Annio Pollione, in exilium pulso, viduata desolataque: ac ne Patrem quidem intuens, cujus onerasse pericula videbatur.*

31. *Tum interrogante accusatore*, an cultus dotales, an detractum cervici monile venum dedisset, quo pecuniam faciendis magicis sacris contraheret? *primum strata humi, longoque fletu et silentio, post, altaria et aram complexa*, nullos, *inquit*, impios deos, nullas devotiones, nec aliud infelicibus precibus invocavi, quam ut hunc opti-

Che altro appostosi ad Agrippino, se non la ria fortuna del padre, quando pur ei, del paro innocente, cadde per crudeltà di Tiberio? Montano certo, giovine probo, nè reo di versi infamanti, per aver ostentato ingegno è bandito.

30. E in tanto Ostorio Sabino, accusator di Sorano, entra e comincia *dall' amistà di Rubellio Plauto; e che Sorano amministrasse l' Asia Proconsole, più a farsi grido che a pubblica utilità, fomentando le sedizioni de' popoli*. Viete accuse; ma nuova aggiunsene, onde al periglio del padre la figlia univasi, *d' aver dato agl' indovini danajo*. Era ciò in vero avvenuto per la pietà di Servilia, che tal nomavasi la giovinetta, la quale per tenerezza filiale, ed anche per giovanile imprudenza, non però d'altro li consultò, *se non riguardo alla sorte di sua famiglia, e se Nerone si placherebbe; se la consulta de' Padri nulla d' atroce apportasse*. Chiamossi dunque in Senato, e stetter l'uno di fronte all'altro, dinanzi al tribunale de' Consoli, il padre di molta età, non tocchi vent'anni ancora la figlia, per il marito Annio Pollione dianzi espulso vedova desolata, neppure osando guardare il padre, di cui pareva ch' ella aggravasse i pericoli.

31. Interrogandola quindi l' accusatore, *se avesse i fregj dotali ed il monile venduto per impiegarne il prezzo in magici sagrifizj*, prima gittatasi in terra, in lungo pianto e silenzio, poscia abbracciati gli altari e l'ara, *niun empio Dio*, disse, *niuno scongiuro, nè altro con infelici voti invocai, se non che salvo quest' ottimo padre mio, tu,*

mum Patrem tu, Caesar, et vos, Patres, servaretis incolumem. Sic gemmas et vestes et dignitatis insignia dedi, quomodo, si sanguinem et vitam poposcissent. Viderint isti, antehac mihi ignoti, quo nomine sint, quas artes exerceant: nulla mihi Principis mentio, nisi inter numina fuit. Nescit tamen miserrimus Pater: et, si crimen est, sola deliqui.

32. *Loquentis adhuc verba excipit Soranus, proclamatque:* non illam in provinciam secum profectam, non Plauto per aetatem nosci potuisse: non criminibus mariti connexam: nimiae tantum pietatis ream separarent, atque ipse quamcumque sortem subiret. *Simul in amplexus occurrentis filiae ruebat, nisi interjecti lictores utrisque obstitissent. Mox datus testibus locus: et, quantum misericordiae saevitia accusationis permoverat, tantum irae P. Egnatius testis concivit. Cliens hic Sorani, et tunc emptus, ad opprimendum amicum, auctoritatem Stoicae sectae praeferebat, habitu et ore ad exprimendam imaginem honesti exercitus, ceterum animo perfidiosus, et subdolus, avaritiam ac libidinem occultans. Quae postquam pecunia reclusa sunt, dedit exemplum praecavendi, quomodo fraudibus involutos, aut flagitiis commaculatos, sic specie bonarum artium falsos, et amicitiae fallaces.*

33. *Idem tamen dies et honestum exemplum tulit Cassii Asclepiodoti; qui, magnitudine opum praecipuus inter Bithynos, quo obsequio florentem Soranum celebraverat, labentem non deseruit: exutusque omnibus fortunis, et in exilium*

Cesare, e voi, Padri mi conservaste. Diedi così le gemme, le vesti, e di mia nobiltà gli arredi, come, se il sangue e la vita mi domandavano. Veggan costoro, per lo passato a me ignoti, qual nome s' abbiano, qual magistero professino. Io non ho il Principe, che fra gl' Iddii, nominato. Nulla ne sa però l' infelicissimo padre; e se delitto v' ha, tutto è mio.

32. Parlava ancora, quando Sorano interrompendola, grida: *non venne meco mia figlia in Asia: non potè Plauto conoscerla per età: nè delitti non si meschiò del marito: di troppa pietà solo è rea: separateci; e sia qualvogliasi la sorte mia.* E già gittavasi sulla figlia mossa per abbracciarlo, se gl' interposti littori entrambi non rattenevano. Poi s' ascoltarono i testimoni: e quanta aveva pietà commosso l' atrocità dell' accusa, cotanta ira il testimonio Egnazio eccitò. Costui, clientolo di Sorano, e allor comprato per rovinare l' amico, vestiva la gravità della setta stoica, assuefatto a contraffar nel volto e nelle maniere l' immagine della virtù, ma nel cuor perfido e doppio avarizia e libidine rinserrava. Poichè dischiuse siffatti vizj il danajo, servì d' esempio a guardarsi, come da' furbi insidiosi o da' macchiati d' infamia, così da' perfidi e di virtù e di amicizia simulatori.

33. Pure lo stesso giorno produsse ancor l' onorato esempio di Cassio Asclepiodoto, che tra' Bitinj primo per opulenza la stessa venerazione, onde avea frequentato Sorano in fiore, nella ruina gli dimostrò; e fu spogliato d' ogni sostanza, e fu cac-

actus; aequitate Deum erga bona malaque documenta. Thraseae, Soranoque, et Serviliae datur mortis arbitrium. Helvidius et Paconius Italia depelluntur. Montanus patri concessus est, praedicto, ne in Repub. haberetur. Accusatoribus, Eprio et Cossutiano, quinquagies sestertium singulis; Ostorio duodecies et Quaestoria insignia tribuuntur.

34. *Tum ad Thraseam, in hortis agentem, Quaestor Consulis missus, vesperascente jam die. Illustrium virorum foeminarumque coetus frequentes egerat, maxime intentus Demetrio Cynicae institutionis doctori: cum quo, ut conjectare erat intentione vultus et auditis, si qua clarius proloquebantur, de natura animae, et dissociatione spiritus corporisque inquirebat. Donec advenit Domitius Caecilianus, ex intimis amicis, et ei, quid Senatus censuisset, exposuit. Igitur flentes queritantesque, qui aderant*, facessere propere *Thrasea*, neu pericula sua miscerent cum sorte damnati, *hortatur. Arriamque, tentantem mariti suprema, et exemplum Arriae matris sequi, monet*, retinere vitam, filiaeque communi subsidium unicum non adimere.

35. *Tum progressus in porticum illic a Quaestore reperitur, laetitiae propior, quia Helvidium, generum suum, Italia tantum arceri cognoverat. Accepto dehinc Senatus consulto, Helvidium et Demetrium in cubiculum inducit porrectisque utriusque brachii venis, postquam cruorem effudit, humum super spargens, propius*

ciato in esilio per la equità degl'Iddii ne' buoni e mali ammaestramenti. A Trasea, a Sorano, e a Servilia morte a sua scelta permettesi. Elvidio e Paconio d'Italia cacciansi. Montano fu conceduto al padre; ma lungi dalla Repubblica. Si danno agli accusatori, ad Eprio, ed a Cossuziano cinque milion di sesterzj a capo; un milione e dugento mila ad Ostorio con i questorj ornamenti.

34. Quindi inviossi a Trasea, che ne' giardini si tratteneva, il Questor del Console sull'imbrunir della sera. Egli era in mezzo a numerosa congrega d'illustri uomini e donne, principalmente intento a Demetrio di setta cinica, con cui, per quanto potevasi dall'attenzion del volto, e da qualche parola più chiara uscitane, argomentare, trattava della natura dell'anima, e della sua separazione dal corpo: sinchè Domiziano Ceciliano, intimo amico suo, sopraggiunse, e gli palesò quanto aveva deliberato il Senato. Rompendo dunque in lamenti e in lagrime i circostanti, Trasea gli esorta *a partirsi tosto per non meschiare i loro pericoli con la sorte d'un condannato*. E consiglia Arria, già ferma di seguitare il marito e l'esempio d'Arria sua madre, *a tenersi in vita, e non togliere l'unico suo sostegno alla comune figliuola*.

35. Recatosi poi nel portico, colà ritrovasi dal Questore, più tosto allegro, perchè il suo genero Elvidio solo d'Italia bandivasi. Udito il decreto poi del Senato, ammette Elvidio e Demetrio in camera: e presentate le vene d'ambo le braccia, poich'ebbene tratto il sangue, spargendol sopra la terra, fattosi approssimare il Questore, *sagrifichia-*

vocato Quaestore, Libemus, *inquit*, Jovi Liberatori. Specta juvenis: et omen quidem Dii prohibeant; ceterum in ea tempora natus es, quibus firmare animum expediat constantibus exemplis. *Post, lentitudine exitus graves cruciatus adferente, obversis in Demetrium*......

mo, disse, *a Giove Liberatore*. *Contempla*, *o giovane; e gli Dii pure il presagio stornino: ma in tali tempi nascesti, che gli è spediente rinforzar l' animo con forti esempj*. Dandogli quindi il lento sgorgar del sangue tormenti atroci, volto a Demetrio.....

C. CORNELII

TACITI

HISTORIARUM

LIBER PRIMUS

1. *Initium mihi operis Ser. Galba iterum, T. Vinius Consules erunt. Nam post conditam urbem DCC et XX prioris aevi annos multi auctores retulerunt; dum res Populi Rom. memorabantur, pari eloquentia ac libertate; postquam bellatum apud Actium, atque omnem potestatem ad unum conferri pacis interfuit, magna illa ingenia cessere. Simul veritas pluribus modis infracta; primum inscitia Reip. ut alienae, mox libidine assentandi, aut rursus odio adversus dominantes. Ita neutris cura posteritatis, inter infensos vel obnoxios. Sed ambitionem Scriptoris facile adverseris: obtrectatio et livor pronis auribus accipiuntur. Quippe adulationi foedum crimen servitutis, malignitati falsa species libertatis inest. Mihi Galba, Otho, Vitellius, nec beneficio, nec injuria cogniti. Dignitatem nostram a Vespasiano inchoatam, a Tito auctam, a Domitiano longius provectam, non abnuerim: sed incorruptam fidem professis, nec amore quisquam, et sine odio dicendus est. Quod si vita*

STORIE
DI
C. CORNELIO TACITO

LIBRO PRIMO

1. Sergio Galba per la seconda volta e Tito Vinio Consoli daran principio a quest' opera. Poichè dopo la fondazione di Roma, molti narrarono i settecento vent' anni dell' età prima [1], sinchè le cose Romane con eloquenza e libertà pari rammemoravansi: posciachè ad Azio fu combattuto, e recar tutto in balìa d' un solo ad aver pace convenne, que' grand' ingegni piegarono [2]. Fu pure in più modi guasta la verità, prima per ignoranza della repubblica, come straniera; per voglia poi di blandire, o ancor per odio a' signoreggianti. Così tra ligj e maligni niuno ebbe cura della posterità. Ma facilmente le piaggerìe d' uno storico ributterai; il biasimo ed il livore a piene orecchie ricevonsi: perchè l' adulazione ha mal nome di servitù, la maldicenza di libertà falsa immagine. Io non conobbi Galba, Ottone, Vitellio nè per favore, nè per ingiuria. Non niegherò la mia dignità cominciata da Vespasiano, accresciuta da Tito, oltre promossa da Domiziano. Ma uom di fede incorrotta di chicchessia nè con amore dee scrivere, e senza malignità.

suppeditet, principatum divi Nervae, et imperium Trajani, uberiorem securioremque materiam, senectuti seposui: rara temporum felicitate, ubi sentire, quae velis, et, quae sentias, dicere licet.

2. *Opus adgredior opimum casibus, atrox proeliis, discors seditionibus, ipsa etiam pace saevum. Quatuor Principes ferro interempti. Tria bella civilia, plura externa, ac plerumque permixta. Prosperae in Oriente, adversae in Occidente res. Turbatum Illyricum: Galliae nutantes: perdomita Britannia et statim missa: coortae in nos Sarmatarum ac Suevorum gentes: nobilitatus cladibus mutuis Dacus. Mota etiam prope Parthorum arma, falsi Neronis ludibrio. Jam vero Italia novis cladibus, vel post longam saeculorum seriem repetitis, adflicta. Haustae aut obrutae urbes, foecundissima Campaniae ora. Urbs incendiis vastata, consumptis antiquissimis delubris, ipso Capitolio civium manibus incenso: pollutae caerimoniae: magna adulteria: plenum exiliis mare: infecti caedibus scopuli. Atrocius in urbe saevitum. Nobilitas, opes, omissi gestique honores pro crimine, et ob virtutes certissimum exitium. Nec minus praemia delatorum invisa, quam scelera; cum alii sacerdotia et consulatus, ut spolia, adepti, procurationes alii et interiorem potentiam, agerent verterent cuncta odio et terrore. Conrupti in dominos servi, in patronos liberti; et, quibus deerat inimicus, per amicos oppressi.*

3. *Non tamen adeo virtutum sterile saeculum,*

Che se pur vita mi resti serbo alla mia vecchiezza e il principato del Divo Nerva e la signoria di Trajano, più ricco e ardito [3] argomento per cotal rara di tempi felicità, che ciocchè vuoi pensar lice, e palesar ciò che pensi.

2. Opera imprendo piena di avvenimenti, per pugne atroce, discorde per sedizioni, crudele ancor nella stessa pace. Quattro Principi di ferro spenti, tre guerre civiche, molte esterne, e per lo più trameschiate. Successi prosperi in Oriente, in Occidente avversi. Scosso l'Illirico; le Gallie ambigue; sommessa e lasciata subito la Brettagna; contra noi sorte le genti Sueve e Sarmate; nobilitato da mutue sconfitte il Daco; pressochè l'armi de' Parti mosse dall'illusion d'un falso Nerone. Italia poi travagliata da nuove, o dopo lungo girar di secoli ripetute rovine. Città ingojate o sepolte nella region fertilissima della Campania: e Roma guasta dal fuoco, consunti templi antichissimi, il Campidoglio stesso arso per mano de' cittadini: contaminato il culto; grandi adulterj; pieno d'esilj il mare; gli scogli lordi di stragi; barbarie nella Città più crudeli. La nobiltà, l'opulenza, gli esercitati o negletti onori, attribuiti a delitto; le virtù, di certa rovina. Nè i premj de' delatori abborriti men che i misfatti, sendochè altri, siccome spoglie, e sacerdozj e Consolati acquistatone, altri governi ed interna forza, tutto con l'odio e il terrore mescevano, rapinavano. Corrotti contra i signori i servi, contr' a' padroni i liberti; e dagli amici, a chi mancasse un nemico, oppresso.

3. Secolo tuttavia non di virtù così sterile, che

ut non et bona exempla prodiderit. Comitatae profugos liberos matres: secutae maritos in exilia conjuges, propinqui audentes: constantes generi: contumax, etiam adversus tormenta, servorum fides: supremae clarorum virorum necessitates, ipsa necessitas fortiter tolerata; et laudatis antiquorum mortibus pares exitus. Praeter multiplices rerum humanarum casus, coelo terraque prodigia, et fulminum monitus, et futurorum praesagia, laeta, tristia, ambigua, manifesta. Nec enim unquam atrocioribus, Populi Rom. cladibus, magisve justis judiciis adprobatum est, non esse curae Deis securitatem nostram, esse ultionem.

4. *Ceterum, antequam destinata componam, repetendum videtur, qualis status urbis, quae mens exercituum, quis habitus provinciarum, quid in toto terrarum orbe validum, quid aegrum fuerit: ut non modo casus eventusque rerum, qui plerumque fortuiti sunt, sed ratio etiam caussaeque noscantur. Finis Neronis ut laetus, primo gaudentium impetu, fuerat, ita varios motus animorum, non modo in urbe, apud Patres, aut populum, aut urbanum militem, sed omnes legiones ducesque conciverat: evulgato Imperii arcano, posse Principem alibi, quam Romae fieri. Sed Patres laeti, usurpata statim libertate, licentius, ut erga Principem novum et absentem: primores Equitum proximi gaudio Patrum: pars Populi integra, et magnis domibus annexa, clientes libertique damnatorum et exulum, in spem erecti: plebs sordida et circo*

pur esempli onorati non producesse. Madri compagne a fuggitivi figli; mogli seguaci a mariti esuli; parenti audaci; generi intrepidi; fedeltà di servi costante ancor ne' tormenti. Morti sforzate di chiari uomini con forte animo sostenute, e le generose antiche con pari laude emulate. Oltre a' moltiplici incontri de' casi umani, prodigj in terra e nel cielo, e ammonizioni di folgori, e presagj dell' avvenire, lieti, tristi, equivoci, manifesti. Nè certo mai per più atroci calamità del Popol Romano, o per più giusti argomenti fu conosciuto, non la nostra tranquillità, sì bene la nostra pena, esser a cuore agl' Iddii. [4]

4. Prima però di mettermi nel proposito vuolsi riandare quale si fosse lo stato della Città, quale l'umor degli eserciti, qual la disposizione delle provincie, ciò che di valido per tutto il mondo, ciò che d'infermo; perchè non sol gli accidenti e gli esiti delle cose, che per lo più son fortuiti [5], ma la ragione ancora e le origini si conoscano. Il fin di Nerone, come fu lieto nel primo ardore degli esultanti, così destò varj affetti non solo in Roma fra' Padri, il popolo, ed i soldati della città; ma nelle legioni ancora e ne' capitani, sparso l' arcano di Stato *potersi il Principe scegliere altrove che a Roma.* Ma i Padri allegri usaron tosto libertà licenziosa con Principe nuovo e lontano; i Cavalieri primarj imitarono i Padri nella festività: la parte sana del Popolo, ed i clienti addetti a grandi famiglie, e i liberti de' condannati e degli esuli erano sorti a speranza: la plebe sordida, e avvezza al circo

ac theatris sueta, simul deterrimi servorum, aut qui, adesis bonis, per dedecus Neronis alebantur, moesti et rumorum avidi.

5. *Miles urbanus, longo Caesarum sacramento imbutus, et ad destituendum Neronem arte magis et impulsu, quam suo ingenio, traductus, postquam neque dari donativum, sub nomine Galbae promissum, neque magnis meritis ac praemiis eundem in pace, quem in bello locum, praeventamque gratiam intelligit apud Principem a legionibus factum; pronus ad novas res, scelere insuper Nymphidii Sabini Praefecti, imperium sibi molientis, agitatur. Et Nymphidius quidem in ipso conatu oppressus. Sed, quamvis capite defectionis ablato, manebat plerisque militum conscientia; nec deerant sermones*, senium atque avaritiam Galbae *increpantium. Laudata olim et militari fama celebrata severitas ejus angebat adspernantes veterem disciplinam, atque ita XIIII annis a Nerone adsuefactos, ut haud minus vitia Principum amarent, quam olim virtutes verebantur. Accessit Galbae vox, pro Rep. honesta, ipsi anceps*, legi a se militem, non emi. *Nec enim ad hanc formam cetera erant.*

6. *Invalidum senem T. Vinius et Cornelius Laco, alter deterrimus mortalium, alter ignavissimus, odio flagitiorum oneratum, contemptu inertiae destruebant. Tardum Galbae iter et cruentum, interfectis Cingonio Varrone, Consule designato, et Petronio Turpiliano, Consulari: ille, ut Nymphidii socius, hic, ut dux Neronis, inauditi atque indefensi, tamquam inno-*

e a' teatri, la feccia insieme de' servi, e quanti, scossi d' ogni sostanza, delle vergogne vivevano di Nerone, eran mesti ed anelavan romori.

5. La truppa urbana, abituata per sacramento all' obbedienza de' Cesari, a più per arte ed impulso, che di sua voglia tratta a lasciar Nerone, poichè s' avvide che il donativo promesso a nome di Galba non s' atteneva, nè aveasi in pace a' grandi meriti e premj lo stesso grado che in guerra, ed era preoccupata la grazia di Principe eletto dalle legioni, propensa a nuovi ardimenti, era oltracciò stimolata dalla malvagità di Ninfidio Sabino Prefetto, che macchinava all' Imperio. La sua già lodata e tra gli eserciti celebrata severità travagliava quanti sdegnavan la disciplina antica, e per quattordici anni eran così da Nerone avvezzi, che i vizj amavan de' Principi quanto una volta ne riverivano le virtù. Si aggiunse voce di Galba, onesta per la repubblica, pericolosa per lui, *sceglier esso, non comperare il soldato:* poichè a tal saggio non conformavasi il resto.

6. Tito Vinio e Cornelio Lacone, uno il peggiore, l' altro il più vile degli uomini, il vecchio invalido, carico già dell' odio de' loro eccessi, col dispregiarne la codardìa rovinavano. Il viaggio di Galba fu tardo, e sanguinoso per le uccisioni di Cingonio Varrone Consolo eletto, e di Petronio Turpiliano già Consolo: quei, come complice di Ninfidio, questi, come uffizial di Nerone, non ascoltati e indi-

centes, perierant. Introitus in urbem, trucidatis tot millibus inermium militum, infaustus omine, atque ipsis etiam, qui occiderant, formidolosus. Inducta legione Hispana, remanente ea, quam e classe Nero conscripserat, plena urbs exercitu insolito. Multi ad hoc numeri e Germania ac Britannia et Illyrico, quos idem Nero electos praemissosque ad claustra Caspiarum, et bellum, quod in Albanos parabat, opprimendis Vindicis coeptis revocaverat: ingens novis rebus materia, ut non in unum aliquem prono favore, ita audenti parata.

7. *Forte congruerat, ut Clodii Macri et Fonteii Capitonis caedes nuntiarentur. Macrum, in Africa haud dubie turbantem, Trebonius Garucianus, Procurator, jussu Galbae; Capitonem in Germania, cum similia coeptaret, Cornelius Aquinus et Fabius Valens, Legati legionum, interfecerant, antequam juberentur. Fuere qui crederent, Capitonem, ut avaritia et libidine foedum ac maculosum, ita cogitatione rerum novarum abstinuisse: sed a Legatis, bellum suadentibus, postquam impellere nequiverint, crimen ac dolum compositum ultro: et Galbam mobilitate ingenii, an, ne altius scrutaretur, quoquo modo acta, quia mutari non poterant, comprobasse. Ceterum utraque caedes sinistre accepta: et, inviso semel Principe, seu bene seu male facta premunt. Jam adferebant venalia cuncta praepotentes liberti. Servorum manus subitis avidae, et, tamquam apud senem, festinantes. Eademque novae aulae mala, aeque gravia, non*

fesi, periron come innocenti. L'ingresso nella città, per tanti mila soldati inermi ammazzati, fu d'infelice augurio, e agli uccisori stessi tremendo. Introdottavi la legione spagnola, quella restandovi che Nerone di su l' armata avea tolta, Roma s' empiè d'insolito esercito: oltre le tante squadre Germane, Britanne, Illiriche, le quali Nerone stesso, scelte e inviate alle porte Caspie e alla guerra apprestata contro gli Albani, richiamò poi per opprimere i movimenti di Vindice: grandi elementi di novità, come non inclinati a taluno, così disposti a favorire chi ardisse.

7. Cadde per avventura l' annunzio delle uccisioni di Clodio Macro e di Fontejo Capitone. Macro, turbator d' Affrica veramente, fu da Trebonio Garuciano Procuratore per cenno di Galba spento: Capitone in Germania, nel cimentarsi allo stesso, da Cornelio Aquinio e Fabio Valente legati delle legioni, prima di averne il comando. V'ebbe chi reputò Capitone, come d'avarizia e libidine sozzo e vituperoso, così astenutosi da' pensieri di novità; ma da'legati istigatori di guerra, dappoichè trarvelo non poterono, spontaneamente il delitto e l'inganno appostogli; e che Galba per leggerezza d'animo, o per non ispiare più a dentro, le cose comunque fatte, poichè mutare non si poteano, approvasse. Del resto fu l'una e l'altra uccisione intesa sinistramente; chè ad abborrito Principe e il bene e il mal fatto è biasimo. Già i prepotenti Liberti a vender tutto offerivansi. Le mani de' servi, avide de'subitanei guadagni, erano appresso un vecchio frettolosissime: gli stessi mali infestavan la nuova

aeque excusata. Ipsa aetas Galbae irrisui ac fastidio erat adsuetis juventae Neronis, et Imperatores forma ac decore corporis, ut est mos vulgi, comparantibus.

8. *Et hic quidem Romae, in tanta multitudine, habitus animorum fuit. E provinciis, Hispaniae praeerat Cluvius Rufus, vir facundus, et pacis artibus, belli inexpertus. Galliae, super memoriam Vindicis, obligatae recenti dono Romanae civitatis, et in posterum tributi levamento. Proximae tamen Germanis exercitibus Galliarum civitates, non eodem honore habitae, quaedam etiam finibus ademptis, pari dolore commoda aliena ac suas injurias metiebantur. Germanici exercitus, quod periculosissimum in tantis viribus, solliciti et irati, superbia recentis victoriae, et metu, tamquam alias partes fovissent. Tarde a Nerone desciverant; nec statim pro Galba Verginius. An imperare voluisset, dubium: delatum ei a milite imperium, conveniebat. Fontejum Capitonem occisum, etiamsi queri non poterant, tamen indignabantur. Dux deerat, abducto Verginio, per simulationem amicitiae: quem non remitti, atque etiam reum esse, tamquam suum crimen accipiebant.*

9. *Superior exercitus Legatum Hordeonium Flaccum spernebat, senecta ac debilitate pedum invalidum, sine constantia, sine auctoritate; ne quieto quidem milite, regimen: adeo furentes infirmitate retinentis ultro etiam accendebantur. Inferioris Germaniae legiones diutius sine Con-*

corte, gravi egualmente, non egualmente scusati. La stessa età di Galba era irrisione e fastidio agli accostumati alla gioventù di Nerone, e a confrontare gl'Imperadori, com'è costume di volgo, dall'avvenenza e bellezza della persona.

8. E tale in Roma pur fu, nella tanta sua moltitudine, la disposizione degli animi. Delle provincie, la Spagna si governava da Cluvio Rufo, uomo facondo, e della pace, non della guerra, nell'arti esperimentato. Eran le Gallie, oltre alla memoria di Vindice, obbligate dal fresco dono della romana cittadinanza, e dal tributo alleviatone per l'avvenire. Pur le città delle Gallie presso a'Germanici eserciti, non egualmente onorate, alcune scemate ancor de'confini, con dolor pari gli altrui vantaggi e le ingiurie sue riguardavano. Gli eserciti di Germania, cosa di gran pericolo in tante forze, eran fieri per la superbia della recente vittoria, e inquieti per la paura come altre parti favoreggiassero. Tardi si ribellarono da Nerone, nè Virginio s'accostò subito a Galba. È dubbio s'egli agognasse l'Impero; la truppa certo gliel'offerì. Di Fontejo Capitone ucciso, benchè 6 dolersene non potessero, pure se ne adiravano. Mancava capo, toltone come per amicizia Virginio, il quale non rimandarsi ed esser anzi accusato lor fellonìa reputavano.

9. L'esercito superiore sprezzava il legato Ordeonio Flacco, debile per vecchiezza e podagra, senza stabilità, senza credito, inetto a reggere anche il soldato tranquillo: tanto mettevano maggior fiamma per debilezza di freno que'forsennati. L'esercito della Germania inferiore fu senza Consolare gran

sulari fuere; donec, missu Galbae, Vitellius aderat, Censoris Vitellii ac ter Consulis filius. Id satis videbatur. In Britannico exercitu nihil irarum. Non sane aliae legiones per omnes civilium bellorum motus, innocentius egerunt: seu, quia procul, et Oceano divisae; seu crebris expeditionibus doctae hostem potius odisse. Quies et Illyrico: quamquam excitae a Nerone legiones, dum in Italia cunctantur, Verginium legationibus adissent. Sed longis spatiis discreti exercitus, quod saluberrimum est ad continendam militarem fidem, nec vitiis, nec viribus miscebantur.

10. *Oriens adhuc immotus. Syriam et quatuor legiones obtinebat Licinius Mucianus, vir secundis adversisque juxta famosus. Insignes amicitias juvenis ambitiose coluerat: mox adtritis opibus, lubrico statu, suspecta etiam Claudii iracundia, in secretum Asiae repositus, tam prope ab exule fuit, quam postea a Principe. Luxuria, industria, comitate, adrogantia, malis bonisque artibus mixtus. Nimiae voluptates, cum vacaret: quotiens expedierat, magnae virtutes. Palam laudares; secreta male audiebant. Sed apud subjectos, apud proximos, apud collegas, variis illecebris potens: et cui expeditius fuerit tradere imperium, quam obtinere. Bellum Judaicum Flavius Vespasianus (Ducem eum Nero delegerat) tribus legionibus administrabat. Nec Vespasiano adversus Galbam votum, aut animus. Quippe Titum, filium, ad venerationem cultumque ejus miserat, ut suo loco memorabimus.*

tempo, sinchè spedito da Galba v'andò Vitellio, figlio di Vitellio Censore e tre volte Console. Pareva che ciò bastasse. Niun' ira ardea nell' esercito di Brettagna. Nè altre legioni in vero in quella civil tempesta più santamente si comportarono; o chè lontane fossero e dall' Oceano divise, o dalle spesse fazioni istrutte a odiar più tosto il nemico. Era pur queto l' Illirico; benchè le legioni trattene da Nerone, mentre in Italia indugiavano, si offerissero per ambasciate a Virginio. Ma separati di lungo tratto gli eserciti, mezzo utilissimo a contenere la fedeltà militare, nè vizj accomunavan nè forze.

10. Posava ancora l'Oriente. La Siria e quattro legioni reggea Licinio Muciano, uomo egualmente illustre per tristi e liete avventure. Giovane, coltivò chiare amicizie ambiziosamente; scialacquate le facoltà, posto in lubrico, e sospettando anche dell'ira di Claudio, appartatosi in un cantone dell'Asia, fu così presso all' esilio, come dappoi al principato. Lussuria, industria, piacevolezza, arroganza, buone e male arti mesceva. Nell' ozio, delicatezze eccessive; all' uopo, grandi virtù. Lo avresti lodato in pubblico; nella segreta vita esecravasi. Ma co' soggetti, compagni, amici per varie seduzioni autorevole; e cui sarebbe stato più agevole dar l' impero, che possederlo [7]. La guerra giudaica da Flavio Vespasiano, affidatagli da Nerone, con tre legioni trattavasi. Nè Vespasiano era di parte o d' animo contrario a Galba. Perocchè aveagli il figliuol Tito inviato a venerarlo e onorarlo, come a suo luogo ricorderemo. Da occulta legge del fato e da pro-

Occulta lege fati et ostentis ac responsis destinatum Vespasiano liberisque ejus imperium, post fortunam credidimus.

11. *Aegyptum copiasque, quibus coerceretur, jam inde a divo Augusto, Equites Romani obtinent loco Regum. Ita visum expedire, provinciam aditu difficilem, annonae fecundam, superstitione ac lascivia discordem et mobilem, insciam legum, ignaram magistratuum domi retinere. Regebat tum Tiberius Alexander, ejusdem nationis. Africa, ac legiones in ea, interfecto Clodio Macro, contenta qualicunque Principe, post experimentum domini minoris. Duae Mauretaniae, Rhaetia, Noricum, Thracia, et quae aliae Procuratoribus cohibentur, ut cuique exercitui vicinae, ita in favorem aut odium contactu valentiorum agebantur. Inermes provinciae, atque ipsa in primis Italia, cuicumque servitio exposita, in pretium belli cessurae erant. Hic fuit rerum Romanarum status, cum Ser. Galba iterum, Titus Vinius, Consules, inchoavere annum, sibi ultimum, Reip. prope supremum.*

12. *Paucis post Kalen. Januarias diebus, Pompeii Propinqui, Procuratoris, e Belgica litterae adferuntur:* superioris Germaniae legiones, rupta sacramenti reverentia, Imperatorem alium flagitare, et Senatui ac Pop. Rom. arbitrium eligendi permittere: *quo seditio mollius acciperetur. Maturavit ea res consilium Galbae, jam pridem de adoptione secum et cum proximis agitantis. Non sane crebrior tota civitate sermo per illos menses*

digj ed oracoli destinato a Vespasiano e a' suoi figliuoli l' impero, dopo il successo credemmo.

11. L' Egitto e l' armi, onde infrenasi, in sino dal divo Augusto governansi da cavalieri romani a luogo di re. Parve così convenevole rattener dentro i suoi limiti una provincia, di malagevole accesso, ricca di biade, per superstizione e lascivia discorde e mobile, non usa a leggi, ignorante di magistrati. Reggevala allor Tiberio Alessandro della nazione medesima. L' Affrica e le legioni là poste, ucciso Clodio Macro, dopo esperimentato minor signore, appagavansi d' ogni principe. Le due Mauritanie, la Rezia, la Tracia, il Norico, e quante provincie s' hanno procuratori, secondo la propinquità degli eserciti muoveansi ad ira o favore dall' impulsion de' più forti. Le inermi e la stessa Italia principalmente, ad ogni servaggio esposta, erano certo premio del vincitore. In tale stato furon le cose romane, allorchè Sergio Galba per la seconda volta e Tito Vinio Consoli incominciarono l' anno, per essi ultimo, quasi finale per la Repubblica.

12. Entrato appena Gennajo giungono lettere di Pompeo Propinquo, Procurator della Belgica, *che le legioni della Germania di sopra, rotta la riverenza del giuramento, altro Imperadore domandano, ed al Senato ed al Popolo danno a sceglierlo*, per render meno abborrevole la sedizione. Accelerò tale avviso il consiglio dell' adozione, già seco prima da Galba e con gli amici agitato. Nè v' ebbe certo in que' mesi per tutto Roma di-

fuerat: primum licentia ac libidine talia loquendi, dein fessa jam aetate Galbae. Paucis judicium, aut Reip. amor: multi occulta spe, prout quis amicus vel cliens, hunc vel illum ambitiosis rumoribus destinabant, etiam in T. Vinii odium, qui in dies quanto potentior, eodem actu invisior erat. Quippe hiantes, in magna fortuna, amicorum cupiditates ipsa Galbae facilitas intendebat: cum apud infirmum et credulum minore metu, et majore praemio peccaretur.

13. *Potentia Principatus divisa in T. Vinium, Consulem, et Cornelium Laconem, Praetorii Praefectum. Nec minor gratia Icelo, Galbae liberto, quem anulis donatum, Equestri nomine* Martianum *vocitabant. Hi discordes, et rebus minoribus sibi quisque tendentes, circa consilium eligendi successoris in duas factiones scindebantur. Vinius pro M. Othone: Laco atque Icelus consensu non tam unum aliquem fovebant, quam alium. Neque erat Galbae ignota Othonis ac T. Vinii amicitia; et rumoribus nihil silentio transmittentium (quia Vinio vidua filia, caelebs Otho) gener ac socer destinabantur. Credo et Reip. curam subisse, frustra a Nerone translatae, si apud Othonem relinqueretur. Namque Otho pueritiam incuriose, adolescentiam petulanter egerat; gratus Neroni aemulatione luxus. Eoque jam Poppaeam Sabinam, principale scortum, ut apud conscium libidinum, deposuerat,*

scorso più celebrato; prima per la licenza e il prurito di cicalar su tai cose, poi per la età già rovinosa di Galba. Pochi muovea la stima o l'amore della Repubblica, molti un'occulta speranza; secondochè ciascun erane cliente o amico, or questo or quello con ambiziosi discorsi all'adozion destinavano: anche per odio di Tito Vinio, che quanto in ogni dì più potente, tanto più era nel tratto stesso [8] abborrito. Certo la stessa bonarietà di Galba irritava le brame già nella somma fortuna ingorde de'favoriti: mentre con Principe infermo e credulo peccasi con minor tema e con maggiore guadagno.

13. Il nervo del Principato era tra Tito Vinio Console e Cornelio Lacone Prefetto de'Pretoriani. Nè meno si favoriva il Liberto di Galba Icelo, ch'era *Marziano* pel conferito anello con nome Equestre appellato. Questi discordi, e nelle cose minori ciascun per sè travagliando, sopra il consiglio di eleggere un successore in due fazioni partivansi. Vinio tenea per Ottone; Lacone e Icelo non tanto in altri, quanto ad escluder lui consentivano. Nè s'ignorava da Galba l'intrinsechezza di Ottone e di Tito Vinio; e da'bisbigli del popolo su nulla mutolo (perocchè Vinio aveva una figlia vedova, ed era celibe Ottone) genero e suocero si destinavano. Credo il prendesse pur cura della Repubblica, indarno tolta a Nerone ove ad Ottone s'abbandonasse: perocchè Ottone passò scioperatamente la fanciullezza, sfrenatamente la gioventù, grato a Nerone per emulazion di lussuria; ed a cui, come di sue libidini consapevole, affidò Poppea Sabina, imperial

donec Octaviam uxorem amoliretur: mox suspectum in eadem Poppaea in provinciam Lusitaniam, specie legationis, seposuit. Otho, comiter administrata provincia, primus in partes transgressus, nec segnis, et, donec bellum fuit, inter praesentes splendidissimus, spem adoptionis, statim conceptam, acrius in dies rapiebat: faventibus plerisque militum, prona in eum aula Neronis, ut similem.

14. *Sed Galba, post nuntios Germanicae seditionis, quamquam nihil adhuc de Vitellio certum, anxius quonam exercituum vis erumperet, ne urbano quidem militi confisus, quod remedium unicum rebatur, comitia Imperii transigit: adhibitoque, super Vinium, ac Laconem, Mario Celso, Consule designato, ac Ducennio Gemino, Praefecto urbis, pauca praefatus* de sua senectute, Pisonem Licinianum accersi *jubet: seu propria electione, sive ut quidam crediderunt, Lacone instante, cui apud Rubellium Plautum exercita cum Pisone amicitia: sed callide, ut ignotum, fovebat; et prospera de Pisone fama consilio ejus fidem addiderat. Piso, M. Crasso et Scribonia genitus nobilis utrimque, vultu habituque moris antiqui, et aestimatione recta severus, deterius interpretantibus tristior habebatur. Ea pars morum ejus, quo suspectior sollicitis, adoptanti placebat.*

15. *Igitur Galba, adprehensa Pisonis manu, in hunc modum locutus fertur:* Si te privatus lege curiata apud Pontifices, ut moris est, adoptarem, et mihi egregium erat, Cn. Pompeii et M. Crassi su-

meretrice, sinochè discacciasse la moglie Ottavia: ingelositone poi, lo rilegò nella Lusitania in vista di governarla. Ottone, amministratola piacevolmente, accostatosi il primo a Galba, nè lento, anzi finchè fu guerra il più splendido fra gli accorsi, ogni dì più invasavasi della speranza, subitamente concetta, dell'adozione, favoreggiandolo assai soldati, e la corte di Nerone arridendogli, come a simile.

14. Ma Galba dopo l'annunzio della sollevazione Germanica, benchè nulla di Vitellio fosse ancor certo, inquieto ove il furor degli eserciti andasse a rompere, nè pure alla truppa urbana affidandosi, affretta, come rimedio unico, il successore [9]. Ed oltre a Vinio e Lacone, presi a consulta Mario Celso consolo eletto e Ducennio Germino prefetto della Città, premesse poche parole di sua vecchiezza, fa Pisone Liciniano appellare [10]; o di propria scelta, o, come scrissero alcuni, spintovi da Lacone, che strett'avea con Pisone presso Rubellio Plauto amicizia; ma scaltramente appoggiavalo come nol conoscesse; e l'egregia riputazion di Pisone ne avvalorava il consiglio. Pisone, nato di M. Crasso e Scribonia, nobile d'ambo i lati, d'antica forma e costume, e, a rettamente estimarlo, grave, da' maligni interpretatori qualificavasi burbero: tal proprietà de' costumi suoi, quanto a' timidi più sospetta, all'adottante aggradiva.

15. Galba dunque, preso Pisone per mano, dicesi che in tal forma gli ragionò: *Se te per legge Curiata presso i Pontefici io privato, com'è costume, adottassi, ed egregia cosa per me sareb-*

bolem in penates meos adsciscere, et tibi insigne, Sulpiciae ac Lutatiae decora nobilitati tuae adjecisse. Nunc me, Deorum hominumque consensu ad imperium vocatum, praeclara indoles tua, et amor patriae impulit, ut principatum, de quo majores nostri armis certabant, bello adeptus, quiescenti offeram; exemplo divi Augusti, qui sororis filium Marcellum, dein generum Agrippam, mox nepotes suos, postremo Tiberium Neronem privignum, in proximo sibi fastigio collocavit. Sed Augustus in domo successorem quaesivit; ego, in Rep. Non, quia propinquos aut socios belli non habeam, sed neque ipse imperium ambitione accepi, et judicii mei documentum sint, non meae tantum necessitudines, quas tibi postposui, sed et tuae. Est tibi frater pari nobilitate, natu major, dignus hac fortuna, nisi tu potior esses. Ea aetas tua, quae cupiditates adolescentiae jam effugerit: ea vita, in qua nihil praeteritum excusandum habeas. Fortunam adhuc tantum adversam tulisti. Secundae res acrioribus stimulis animos explorant: quia miseriae tolerantur, felicitate corrumpimur. Fidem, libertatem, amicitiam, praecipua humani animi bona, tu quidem eadem constantia retinebis; sed alii per obsequium imminuent. Irrumpet adulatio, blanditiae, pessimum veri affectus venenum, sua cuique utilitas. Etiam ego ac tu simplicissime inter nos hodie loquimur: ceteri libentius cum fortuna nostra, quam nobiscum. Nam suadere Principi quod oporteat, multi laboris: adsentantio erga Principem quemcumque, sine adfectu peragitur.

be innestare alla mia famiglia la stirpe di Gneo Pompeo e di Marco Crasso, e per te segnalata aggiungere lo splendore della Sulpizia e Lutazia alla tua nobiltà. Or io, chiamato all'Impero per volontà degl' Iddii e degli uomini, fui dalla tua nobil indole e dall' amor della patria spinto ad offrirti nella tua quiete quel principato, ch' io m' acquistai con la guerra, e che i nostr' avi si disputavan con l'armi, ad esempio del Divo Augusto, il quale a sè dappresso innalzò Marcello figlio d' una sorella, indi il genero Agrippa, poscia i nipoti suoi, in ultimo il suo figliastro Tiberio. Ma il successore, che Augusto nella famiglia, io cerco nella Repubblica: non chè parenti o compagni d'armi non m' abbia; ma neppur io l' impero con ambizione acquistai, ed argomento sieno del mio giudizio non le attegnenze mie solamente posposte a te, ma le tue. Hai tu fratello pari di nobiltà, maggior d' anni, degno di tal fortuna, se tu non fossi più degno. Tal è l'età tua, che se' già fuor d'ogni brama di giovinezza; tal la tua vita, che nulla hai del passato a pentirti. Sorte sin qui non tollerasti, che avversa. Le cose prospere con più acuti stimoli gli animi esperimentano; perchè soffronsi le miserie, la felicità ci corrompe. Tu certamente con la costanza medesima serberai la fede, la libertà, l'amicizia, primarj pregi dell' uomo; ma gli altri per deferenza gl' infrangeranno. Ti assaliranno adulazione, lusinghe, l'utilità parziale di ciascheduno, il peggior veleno della vera benevolenza. Ben io e tu ci par-

16. Si immensum Imperii corpus stare ac librari sine rectore posset, dignus eram, a quo Resp. inciperet. Nunc eo necessitatis jam pridem ventum est, ut nec mea senectus conferre plus Populo Rom. possit, quam bonum successorem, nec tua plus juventa, quam bonum Principem. Sub Tiberio, et Cajo, et Claudio, unius familiae quasi hereditas fuimus: loco libertatis erit, quod eligi coepimus. Et, finita Juliorum Claudiorumque domo, optimum quemque adoptio inveniet. Nam generari et nasci a Principibus, fortuitum, nec ultra aestimatur: adoptandi judicium integrum; et si velis eligere, consensu monstratur. Sit ante oculos Nero, quem, longa Caesarum serie tumentem, non Vindex cum inermi provincia, aut ego cum una legione, sed sua immanitas, sua luxuria, cervicibus publicis depulere. Neque erat adhuc damnati Principis exemplum. Nos bello, et ab aestimantibus adsciti, cum invidia quamvis, egregii erimus. Ne tamen territus fueris, si duae legiones in hoc concussi orbis motu nondum quiescunt. Ne ipse quidem ad securas res accessi: et, audita adoptione, desinam videri senex, quod nunc mihi unum objicitur. Nero a pessimo quoque semper desiderabitur: mihi ac tibi providendum est, ne etiam a bonis desideretur. Monere diutius, neque temporis hujus; et impletum est omne consilium, si te bene elegi. Utilissimusque idem ac brevissimus bonarum malarumque

liam qui schiettamente ; gli altri alla nostra fortuna parlano più volentieri che a noi. Poich' è aspra cosa muovere a bene un Principe ; di niuna briga, qualunqu' e' siasi, adularlo.

16. *Se la gran macchina dell' Impero potesse stare ed equilibrarsi senza chi reggerla, ben degno er' io che da me la Repubblica incominciasse. Or da gran tempo a tale necessità si pervenne, che nè la vecchiezza mia può al Popolo Romano dar più che un buon successore, nè più la tua gioventù che un buon principe. Sotto Tiberio e Cajo e Claudio quasi eredità fummo d' una famiglia: terrà luogo di libertà l' essere incominciati ad eleggere. Ed estinta la stirpe Giulia e la Claudia, troverà l' ottimo l' adozione. Chè è caso nascer di Principe, e caso estimasi: libero è l' adottare, e il comun giudizio t' è guida a scegliere. Siati innanzi agli occhi Nerone, il qual gonfio per lunga serie di Cesari non Vindice con una provincia inerme, non io con una legione, ma la sua efferatezza, la sua lussuria di capo alla Repubblica scossero ; nè v' era per anco esempio di principe condannato. Noi scelti in guerra, e pensatamente, saremo, benchè invidiati, eccellenti. Nè tuttavia ti sgomenti se due legioni, in questo crollo dell' agitato mondo, non ancor posano: chè neppur io m' avvenni a cose tranquille ; e divulgatasi l' adozione cesserò di rassembrar vecchio, di che sol ora m' accusano. Sarà Nerone da ciascun pessimo sempre desiderato: io e tu dobbiam provvedere che nol sia pure da' buoni. Nè questo è il tempo d' ammonizioni*

rerum delectus est, cogitare, quid aut volueris sub alio Principe, aut nolueris. Neque enim hic, ut in ceteris gentibus, quae regnantur, certa dominorum domus, et ceteri servi : sed imperaturus es hominibus, qui nec totam servitutem pati possunt, nec totam libertatem. *Et Galba quidem, haec ac talia, tamquam Principem faceret; ceteri tamquam cum facto loquebantur.*

17. *Pisonem, ferunt, statim intuentibus, et mox conjectis in eum omnium oculis, nullum turbati, aut exultantis animi motum prodidisse. Sermo erga Patrem Imperatoremque reverens, de se moderatus; nihil in vultu habituque mutatum: quasi imperare posset magis, quam vellet. Consultatum inde*, pro rostris, an in Senatu, an in castris adoptio nuncuparetur. Iri in castra, *placuit*, honorificum id militibus fore, quorum favorem, ut largitione et ambitu male adquiri, ita per bonas artes haud spernendum. *Circumsteterat interim palatium publica expectatio, magni secreti impatiens: et male coercitam famam supprimentes augebant.*

18. *Quartum Idus Januarias, foedum imbribus diem, tonitrua et fulgura et caelestes minae ultra solitum turbaverant. Observatum id antiquitus comitiis dirimendis non terruit Galbam, quo minus in castra pergeret; contemptorem talium, ut fortuitorum; seu, quae fato manent, quamvis significata, non vitentur. Apud frequen-*

più lunghe; ed ogni ammaestramento è compiuto, se a buon giudizio ti elessi. Il migliore e insieme più breve mezzo da scegliere fra'l bene e il male, è pensare ciò che ti piacque o dispiacque sott' altro Principe. Poichè non qui, come nell' altre nazioni, è il regno certo retaggio d'una famiglia, e tutti gli altri son servi; ma ad uomini comanderai, che nè intera servitù possono, nè intera libertà sopportare. Tali parole o simili diceva Galba a Pisone, come facendol Principe; gli altri parlavano siccome a Principe fatto.

17. Narrano che Pisone sostenne tutti gli sguardi in lui volti senza dar cenno di turbamento o di giubilo. Parlò riverentemente al padre e all'Imperadore, modestamente di sè, nulla di volto e di maniere cangiatosi, quasi potesse più che volesse imperare. Si consultò dappoi *se l' adozione da' rostri, o nel Senato, o nel campo si pubblicasse.* Piacque recarsi al campo, *perchè a' soldati onorifico, il cui favore come con oro e brighe procacciasi malamente, così non deesi per buone vie disprezzare.* Stringeva intanto il Palazzo la pubblica espettazione, impaziente del grande arcano, e ne accrescevano il grido gli sforzi usati a comprimerlo.

18. Il giorno decimo di Gennajo, brutto di piogge, da tuoni e folgori e da celesti minacce fu oltre il solito contristato. Ciò, che muovea gli antichi a licenziare i Comizj, Galba non atterrì. Recasi al campo, disprezzatore di tali eventi, come fortuiti; o perchè quanto dal fato è fisso, benchè annunziato, non fuggasi. In piena militare assemblea dichia-

tem militum concionem, imperatoria brevitate, adoptari a se Pisonem, more divi Augusti, et exemplo militari, quo vir virum legeret, pronuntiat. Ac ne dissimulata seditio in majus crederetur, ultro adseverat, quartam et duodevicesimam legiones, paucis seditionis auctoribus, non ultra verba ac voces errasse, et brevi in officio fore. *Nec ullum orationi aut lenocinium addit, aut pretium. Tribuni tamen, Centurionesque, et proximi militum, grata auditu respondent: per ceteros maestitia ac silentium, tamquam usurpatam etiam in pace donativi necessitatem bello perdidissent. Constat, potuisse conciliari animos quantulacumque parci senis liberalitate: nocuit antiquus rigor et nimia severitas; cui jam pares non sumus.*

19. *Inde apud Senatum non comptior Galbae, non longior, quam apud militem, sermo: Pisonis comis oratio. Et Patrum favor aderat: multi voluntate; effusius qui noluerant: medii, ac plurimi, obvio obsequio privatas spes agitantes, sine publica cura. Nec aliud sequenti quatriduo (quod medium inter adoptionem et caedem fuit) dictum a Pisone in publico, factumve. Crebrioribus in dies Germanicae defectionis nuntiis, et facili civitate ad accipienda credendaque omnia nova, cum tristia sunt, censuerant Patres, mittendos ad Germanicum exercitum legatos. Agitatum secreto, num et Piso proficisceretur, majore praetextu. Illi auctoritatem Senatus, hic dignationem Caesaris laturus. Placebat et Laconem Praetorii Praefectum simul mitti. Is consilio in-*

ra con brevità imperatoria, *adottarsi da lui Pisone, ad esempio del Divo Augusto, e ad uso della milizia, ond'è prode scelto da prode.* Ed affinchè maggiore non si credesse la sedizione velandola, spontaneamente affermò, *la quarta legione e la diciottesima a suggestione di pochi non aver oltre a parole e grida tumultuato; ed esser già per tornare nell'obbedienza.* Lusinga o premio all'orazion non aggiunse. Pure i tribuni ed i centurioni ed i soldati vicini risposer cose aggradevoli: gli altri si tennero tristi e mutoli, come perdessero in guerra la necessità del donativo usurpata ancor nella pace. Gli è certo che il parco vecchio poteva con ogni tenue liberalità conciliarsegli. Nocque il rigore antico, e la troppa severità, non più da noi tollerabile.

19. Indi in Senato Galba, come a'soldati, incolto e breve parlò. Parlò gentile Pisone; e i Padri lo favorivano; molti di genio; con più fervore i contrarj; gl'indifferenti e i più, con pronto ossequio pien di private speranze, senz'amor pubblico. Nè per i quattro seguenti giorni, dall'adozione all'uccisione trascorsi, altro si disse o si fece in pubblico da Pisone. Rincalzando ogni dì gli avvisi della ribellione Germanica, e pronta Roma ad accettare e credere qualunque nuova, purchè funesta, deliberarono i Padri che si mandassero ambasciadori al Germanico esercito; e si discusse in segreto se pur v'andasse Pisone per maggior pompa: quegli vi recherebbero l'autorità del Senato, ei la riputazione di Cesare. Piaceva ancora inviarvi seco il Prefetto de'Pretoriani, Lacone. Egli s'oppose al consiglio.

tercessit. Legati quoque (nam Senatus electionem Galbae permiserat) foeda inconstantia nominati, excusati, substituti, ambitu remanendi aut eundi, ut quemque metus vel spes impulerat.

20. *Proxima pecuniae cura: et cuncta scrutantibus justissimum visum est, inde repeti, ubi inopiae caussa erat. Bis et vicies millies sestertium donationibus Nero effuderat. Adpellari singulos jussit, decuma parte liberalitatis apud quemque eorum relicta. At illis vix decumae super portiones erant, iisdem erga aliena sumptibus, quibus sua prodegerant; cum rapacissimo cuique ac perditissimo, non agri, aut foenus, sed sola instrumenta vitiorum manerent. Exactioni XXX Equites Romani praepositi; novum officii genus, et ambitu ac numero onerosum. Ubique hasta, et sector; et inquieta urbs auctionibus. Attamen grande gaudium, quod tam pauperes forent, quibus donasset Nero, quam quibus abstulisset. Exauctorati per eos dies Tribuni, e Praetorio Antonius Taurus, et Antonius Naso; ex urbanis cohortibus, Aemilius Pacensis; e vigiliis, Julius Fronto. Nec remedium in ceteros fuit, sed metus initium: tamquam per artem et formidinem singuli pellerentur, omnibus suspectis.*

21. *Interea Othonem, cui, compositis rebus, nulla spes; omne in turbido consilium, multa simul extimulabant: luxuria etiam Principi onerosa, inopia vix privato toleranda, in Galbam ira, in Pisonem invidia. Fingebat et metum, quo magis concupisceret.* Praegravem se Neroni

I Legati ancora, poichè il Senato ne avea rimessa la scelta a Galba, con obbrobriosa volubilità nominaronsi, esentuaronsi, sostituironsi, per le parziali brighe di rimanere o di andare, secondochè da paura o da speranza eran mossi.

20. Poi fu pensato al danaro; e, ponderata ogni cosa, parve giustissimo di là trarlo, donde nasceane il disagio. Avea Nerone in donazioni profusi duemiladugento milion di sesterzj. Galba fe' citar tutti, a ciaschedun rilasciando il decimo del donativo. Ma questo decimo appena era avanzato ad essi, per avere le altrui sostanze e le proprie con la medesima prodigalità scialacquate, non rimanendo ai più rapaci e perduti danajo o terre, ma gli strumenti soli de' vizj. Fu l'esazione commessa a trenta cavalieri romani, uffizio nuovo e gravoso per il maneggio ed il numero: ovunque incanti e oblatori, e inquieta la città dalle vendite. Pure fu grande allegrezza per esser trovati poveri così coloro a cui diede, come a cui tolse Nerone. Furono in que' dì degradati i Tribuni delle compagnie pretoriane Antonio Tauro ed Antonio Nasone; delle urbane, Emilio Pacense; delle notturne, Giulio Frontone. Nè questo gli altri acchetò, ma ne svegliò le paure, come se, tutti sospetti, per artifizio e timore un dopo l'altro si discacciassero.

21. Ottone intanto, che niun partito avea nella quiete, ogni speranza nello scompiglio, era ad un tratto da molte cose istigato: lusso, gravoso anche a Principe; disagio, appena soffribile da privato; ira con Galba; gelosìa di Pisone. Fingeva ancora paure per vieppiù accendere le sue brame: *esser*

fuisse. Nec Lusitaniam rursus aut alterius exilii honorem expectandum: suspectum semper invisumque dominantibus, qui proximus destinaretur. Nocuisse id sibi apud senem Principem: magis nociturum apud juvenem, ingenio trucem, et longo exilio efferatum. Occidi Othonem posse. Proin agendum audendumque, dum Galbae auctoritas fluxa, Pisonis nondum coaluisset. Opportunos magnis conatibus transitus rerum: nec cunctatione opus, ubi perniciosior sit quies, quam temeritas. Mortem omnibus ex natura aequalem, oblivione apud posteros, vel gloria distingui. Ac, si nocentem innocentemque idem exitus maneat, acrioris viri esse, merito perire.

22. *Non erat Othonis mollis et corpori similis animus. Et intimi libertorum servorumque, corruptius quam in privata domo habiti, aulam Neronis, et luxus, adulteria, matrimonia, ceterasque regnorum libidines, avido talium, si auderet, ut sua ostentantes; quiescenti, ut aliena exprobrabant: urgentibus etiam mathematicis, dum* novos motus, et clarum Othoni annum observatione siderum, *adfirmant: genus hominum potentibus infidum, sperantibus fallax, quod in civitate nostra et vetabitur semper, et retinebitur. Multos secreta Poppaeae mathematicos, pessimum principalis matrimonii instrumentum, habuerant: e quibus Ptolemaeus, Othoni in Hispania comes, cum* superfuturum eum Neroni *promisisset, postquam ex eventu fides, conjectura jam et rumore senium Galbae et juventam*

già stato di grave peso a Nerone: nè doversi aspettar di nuovo la Lusitania, e l' onore di un altro esilio: sospetto sempre ed odioso a' Principi il più vicino a succedere. Essergli ciò nociuto col vecchio Principe: gli nuocerebbe più con il giovane, d' indole atroce, e da lungo esilio infierito. Potersi uccidere Ottone; perciò doversi operare e osare, mentre di Galba crolla, nè di Pisone è ancor ferma l' autorità. Propizie a grandi ardimenti le mutazioni di stato; nè da indugiare, ove la quiete più noccia che la temerità. La morte, a tutti essenzialmente eguale, distinguesi per oblivione o gloria ne' posteri; e poichè giusti e ribaldi egual fine attende, è da forte meritamente perire.

22. Non era Ottone effeminato d' animo, qual di corpo: ed i più intimi liberti e schiavi; più dissolutamente che in privata casa nudriti, la corte di Nerone, e le pompe, e gli adulterj, ed i matrimonj, e le altre regie libidini, ond' era ingordo, se ardisse, come già sue gli mostravano, rimproverandolo ch' eran d' altrui, se indugiasse: spronandol anche gli astrologi con asserirgli *che ne' pianeti nuovi tumulti leggevano e illustre anno ad Ottone:* razza d' uomini, infida a' grandi, fallace a' creduli, la qual nella città nostra si vieterà pur sempre e si riterrà. Poppea ne' segreti suoi adoperò molti astrologi, stromento pessimo delle sue nozze imperiali, fra' quali Tolomeo, compagno di Ottone in Ispagna, avendogli promesso *ch' egli sopravvivrebbe a Nerone*, poichè l' evento lo accreditò, fondato alle congetture e a' discorsi de' calcolanti e

Othonis computantium, *persuaserat*, fore, ut in imperium adscisceretur. *Sed Otho tamquam peritia et monitu fatorum praedicta accipiebat*, *cupidine ingenii humani libentius obscura credendi*. *Nec deerat Ptolemaeus*, *jam et sceleris instinctor*, *ad quod facillime ab ejusmodi voto transitur*.

23. *Sed sceleris cogitatio incertum an repens: studia militum jampridem*, *spe successionis*, *aut paratu facinoris*, *adfectaverat*. *In itinere*, *in agmine*, *in stationibus*, *vetustissimum quemque militum nomine vocans*, *ac*, *memoria Neroniani comitatus*, contubernales *adpellando*, *alios agnoscere*, *quosdam requirere*, *et pecunia aut gratia juvare: inserendo saepius querelas*, *et ambiguos de Galba sermones*, *quaeque alia turbamenta vulgi*. *Labores itinerum*, *inopia commeatuum*, *duritia imperii*, *atrocius accipiebantur: cum*, *Campaniae lacus et Achajae urbes classibus adire soliti*, *Pirenaeum et Alpes*, *et immensa viarum spatia*, *aegre sub armis eniterentur*.

24. *Flagrantibus jam militum animis velut faces*, *addiderat Mevius Pudens*, *e proximis Tigellini*. *Is mobilissimum quemque ingenio*, *aut pecuniae indigum*, *et in novas cupiditates praecipitem adliciendo*, *eo paullatim progressus est*, *ut per speciem convivii*, *quotiens Galba apud Othonem epularetur*, *cohorti excubias agenti*, *viritim centenos nummos divideret: quam velut publicam largitionem Otho secretioribus apud singulos praemiis intendebat; adeo animosus*

la vecchiezza di Galba e la giovinezza di Ottone, gli persuase *che ascenderebbe all'imperio*. Ma Ottone come presagj prendevali di perito rivelatore de' fati, per la passione del cuore umano di avidamente credere le occulte cose. Nè Tolomeo cessava ancora di spingerlo a fellonia, cui facilmente da tali brame trascorresi.

23. Se tosto entrasse in pensiere di fellonìa, gli è mal noto: avea brigato già prima il favor de' soldati, in isperanza di successione, o ad apparecchio dell' attentato. In viaggio, nelle ordinanze, nelle stazioni chiamando a nome i più vecchi, e *compagni*, come soldati già di Nerone, appellandoli, altri riconosceva, d'altri cercava, e di danaro o di favore ajutavali, mescolando spesse doglianze e discorsi ambigui su Galba, e quanto mai può sollevare una ciurma. I travagli del cammino, il disagio de' viveri, l' austerità del comando, più atrocemente si reputavano, mentre usi in sulle navi a recarsi e pe' laghi della Campania, e alle città dell' Acaja, ora pe' Pirenei, per l' Alpi, per tratti immensi con l' armi in dosso a gran pena si strascinavano.

24. I già ardenti animi de' soldati di maggior fuoco accese Mevio Pudente, intrinseco di Tigellino. Questi, adescando i più volubili ingegni, e i poveri di danaro ed a nuove brame precipitosi, a poco a poco a tal giunse, che qualor Galba da Ottone si convitava, distribuiva come per vitto alla coorte di guardia dieci danaj per ciascuno; la qual quasi pubblica cortesia Ottone con segreti doni accresceva; corrompitore tanto animoso, che a Coccejo Procolo guardacorpo, venuto a lite per limiti con un vicino,

corruptor, ut Coccejo Proculo, speculatori, de parte finium cum vicino ambigenti, universum vicini agrum, sua pecunia emptum, dono dederit: per socordiam Praefecti, quem nota pariter et occulta fallebant.

25. *Sed tum e libertis Onomastum futuro sceleri praefecit, a quo Barbium Proculum, Tesserarium speculatorum, et Veturium, optionem eorundem, perductos, postquam vario sermone callidos, audacesque cognovit, pretio et promissis onerat, data pecunia ad pertentandos plurium animos. Suscepere duo manipulares imperium Pop. Rom. transferendum; et transtulerunt. In conscientiam facinoris pauci adsciti. Suspensos ceterorum animos diversis artibus stimulant: primores militum,* per beneficia Nymphidii ut suspectos: *vulgus et ceteros, ira et desperatione* dilati totiens donativi. *Erant, quos memoria Neronis, ac desiderium prioris licentiae accenderet: in commune omnes metu mutandae militiae exterrebantur.*

26. *Infecit ea tabes legionum quoque et auxiliorum motas jam mentes, postquam vulgatum erat*, labare Germanici exercitus fidem. *Adeoque parata apud malos seditio, etiam apud integros dissimulatio fuit, ut postero Iduum die redeuntem a coena Othonem rapturi fuerint, nisi incerta noctis, et tota urbe sparsa militum castra, nec facilem inter temulentos consensum, timuissent: non Reip. cura, quam foedare Principis sui sanguine sobrii parabant; sed ne per tenebras, ut quisque Pannonici vel Germanici exercitus mi-*

donò, del suo comperandolo, tutto il campo; per dabbenaggine del prefetto, che le palesi egualmente e le occulte cose ignorava.

25. Ma pose allora alla trama della congiura il suo liberto Onomasto, che guadagnò Barbio Procolo Tesserario, e Veturio luogotenente degli Speculatori. Poichè con varj discorsi li trovò scaltri e animosi, gli empiè di doni e promesse, dando danajo a toccare il cuore di molti. Due fantaccini impresero a trasferir l'Impero Romano, e lo trasferirono. Pochi si misero a parte dell'attentato; gli animi ambigui degli altri con varie arti infiammavano; i principali soldati, *come sospetti*, *per il favor di Ninfidio;* la ciurma e gli altri con l'ira e con la disperazione *del donativo ognor differito:* v'erano tali, cui di Nerone la rimembranza e il desiderio della passata dissolutezza accendeva: in generale tutti atterriva il sospetto di più severa milizia.

26. Infettò pure tal pestilenza gli animi già commossi delle legioni e degli ausiliarj; dappoichè seppesi *vacillare l'esercito di Germania*. E furono così pronti a sedizione i ribaldi, così conniventi i buoni, che il dì quattordici di Gennajo avrebbon rapito Ottone sul ritornar dalla cena, se non avesser temuto le ambiguità della notte, ed i quartieri sparsi per tutto Roma, e la concordia difficile fra briachi: non per amore della repubblica, la qual digiuni si preparavano ad imbrattare del sangue del proprio Principe; ma perchè fra le tenebre per Ottone ai

litibus oblatus esset, ignorantibus plerisque, pro Othone destinaretur. Multa erumpentis seditionis indicia per conscios oppressa: quaedam apud Galbae aures Praefectus Laco elusit, ignarus militarium animorum, consiliique quamvis egregii, quod non ipse adferret, inimicus, et adversus peritos pervicax.

27. *XVIII. Kalend. Febr. sacrificanti pro aede Apollinis Galbae haruspex Umbricius* tristia exta, et instantes insidias, ac domesticum hostem *praedicit: audiente Othone(nam proximus adstiterat) idque, ut laetum e contrario, et suis cogitationibus prosperum, interpretante. Nec multo post libertus Onomastus nuntiat*, expectari eum ab architecto et redemptoribus: *quae significatio coeuntium jam militum, et paratae conjurationis convenerat. Otho*, caussam digressus *requirentibus, cum*, emi sibi praedia vetustate suspecta, eoque prius exploranda, *finxisset, innixus liberto, per Tiberianam domum, in Velabrum, inde ad Miliarium aureum, sub aedem Saturni, pergit. Ibi tres et viginti speculatores consalutatum* Imperatorem, *ac paucitate salutantium trepidum, et sellae festinanter impositum, strictis mucronibus rapiunt. Totidem ferme milites in itinere adgregantur: alii conscientia, plerique miraculo; pars clamore et gaudio, pars silentio, animum ex eventu sumpturi.*

28. *Stationem in castris agebat Julius Martialis tribunus. Is magnitudine subiti sceleris, an corrupta latius castra, ac, si contra tenderet,*

più sconosciuto un qualunqu'altro, a'soldati offertosi del Pannonico e del Germanico esercito, non si eleggesse. Molti indizj della scoppiante congiura furon compressi da'complici: alcuni dalle orecchie di Galba si dissiparono da Lacone Prefetto, ignaro dell'umor de'soldati, nemico d'ogni consiglio, ch'ei non porgesse, quantunque buono, e ostinato contro i più saggi.

27. A'quindici di Gennajo sagrificando Galba innanzi al tempio di Apollo, Umbricio Aruspice annunziagli *funeste viscere, e tradimento imminente, ed inimico domestico:* ascoltandolo Ottone, che gli era presso, ed all'opposto lo prese per lieto annunzio, e a'suoi disegni propizio. Nè molto dopo il liberto Onomasto avvisalo *che l'architetto e i capomastri lo attendono:* tal era il convenuto segnale de'congregati soldati e della pronta congiura. Ottone, chiesto *perchè partisse*, finse *di andare per visitare un'antica villa sospetta prima di comperarla*, ed appoggiato al Liberto per la casa di Tiberio al Velabro, poi al miglio d'oro sotto al Tempio di Saturno ne andò. Colà ventitrè esploratori salutatolo *Imperadore*, e palpitante pel poco numero, e postolo frettolosamente in lettiga via sel traggono con le spade impugnate. Quasi altrettanti soldati per via s'aggiungono, altri perchè già complici; molti per maraviglia; parte con gioja tumultuosa; parte in silenzio, per prender cuore dall'esito.

28. Era di guardia a'quartieri Giulio Marziale Tribuno. Questi, per la grandezza del repentino misfatto, o temendo tutto già il campo corrotto e

exitium metuens, praebuit plerisque suspicionem conscientiae. Anteposuere ceteri quoque tribuni centurionesque praesentia dubiis et honestis. Isque habitus animorum fuit, ut pessimum facinus auderent paucis, plures vellent, omnes paterentur.

29. *Ignarus interim Galba et sacris intentus, fatigabat alieni jam imperii Deos: cum adfertur rumor*, rapi in castra, incertum quem senatorem: mox, Othonem esse, qui raperetur. *Simul ex tota urbe, ut quisque obvius fuerat, alii formidinem augentes, quidam minora vero, ne tum quidem obliti adulationis. Igitur consultantibus placuit*, pertentari animum cohortis, quae in palatio stationem agebat: nec per ipsum Galbam; cujus integra auctoritas majoribus remediis servabatur. *Piso pro gradibus domus vocatos in hunc modum adlocutus est:* Sextus dies agitur, commilitones, ex quo ignarus futuri, et sive optandum hoc nomen, sive timendum erat, Caesar adscitus sum. Quo domus nostrae aut Reip. fato, in vestra manu positum est. Non, quia meo nomine tristiorem casum paveam, ut qui adversa expertus, cum maxime ducam, ne secunda quidem minus discriminis habere: Patris, et Senatus, et ipsius imperii; vicem doleo, si nobis aut perire hodie necesse est; aut, quod aeque apud bonos miserum est, occidere. Solatium proximi motus habebamus, incruentam urbem et res sine discordia translatas. Provisum adoptione videbatur, ut ne post Galbam quidem bello locus esset.

morte, se resistesse, fece che molti lo sospettassero complice. Gli altri tribuni ancora ed i centurioni il presente al rischio ed al dovere anteposero. E tal fu la disposizione degli animi, che pochi ardirono, molti vollero, tutti tanta ribalderìa tollerarono.

29. Intanto Galba, tutto ignorando e inteso a sagrificare, importunava gl'Iddii dell'Impero già non più suo, quando gli giunge grido *che si traeva al campo, non si sa qual Senatore*, poi *ch'era Ottone*. Da tutta Roma in un tratto accorrono quanti lo aveano incontrato, altri aumentando il timore, altri scemando la verità; neppure allora dimentichi d'adulare. Tennesi dunque consiglio, e deliberarono, *che si esplorasse l'animo della coorte posta di guardia al palazzo, ma non dallo stesso Galba per riserbarne intera agli estremi casi l'autorità*. Pisone, innanzi alla soglia del palazzo adunatola, in tal maniera le ragionò: *Son già sei giorni, o compagni, dacchè ignaro dell'avvenire, e se tal nome fosse a bramare o a temere, Cesare fui nominato: con qual destino di nostra casa e della repubblica, in vostra mano è riposto: non perch'io tema di peggior caso per me, che esercitato nelle disgrazie or penso principalmente, che non minori pericoli alle prosperità s'accompagnano. Duolmi del padre mio, del Senato, e dell'Impero medesimo, s'oggi n'è forza o perire, o, il che pe'buoni egualmente è misero, uccidere. Dell'ultimo movimento ci confortava la variazion delle cose senza discordia e sangue operata. Pareva con l'adozione tolta ancor dopo Galba ogni ragione di guerra.*

30. Nihil arrogabo mihi nobilitatis aut modestiae. Neque enim relatu virtutum in comparatione Othonis opus est. Vitia, quibus solis gloriatur, evertere imperium, etiam cum amicum Imperatoris ageret. Habitu ne et incessu, an illo muliebri ornatu, mereretur imperium? Falluntur, quibus luxuria specie liberalitatis imponit. Perdere iste sciet, donare nesciet. Stupra nunc, et comissationes, et foeminarum coetus, volvit animo. Haec principatus praemia putat; quorum libido ac voluptas, penes ipsum sit, rubor ac dedecus penes omnes. Nemo enim unquam imperium, flagitio quaesitum, bonis artibus exercuit. Galbam consensus generis humani: me Galba, consentientibus vobis, Caesarem dixit. Si Resp. et Senatus, et Populus, vana nomina sunt: vestra, commilitones, interest, ne Imperatorem pessimi faciant. Legionum seditio adversum duces suos audita est aliquando: vestra fides famaque illaesa ad hunc diem mansit. Et Nero quoque vos destituit, non vos Neronem. Minus XXX transfugae et desertores, quos centurionem aut tribunum sibi eligentes nemo ferret, Imperium adsignabunt? Admittitis exemplum? et quiescendo commune crimen facitis? Transcendet haec licentia in provincias: et ad nos scelerum exitus, bellorum ad vos, pertinebunt. Nec est plus, quod pro caede Principis, quam quod innocentibus datur: sed perinde a nobis donativum ob fidem, quam ab aliis pro facinore accipietis.

30. *Io non mi pregierò di nobiltà o di modestia; perchè all' agguaglio d'Ottone non è mestieri discorrere di virtù. I vizj, di cui sol gloriasi, han rovesciato l' impero, anche quando mostravasi amico all' Imperadore. Forse quell' abito, quell' andamento, o que' donneschi ornamenti meriteranno l' Impero? S' ingannan quanti prendono il lusso per cortesia. Costui saprà dissipare, donare mai non saprà. Ora egli stupri, stravizzi, e feminee tresche rivolge in cuore: questi egli reputa frutti del Principato, de' quali il gusto ed il piacere sia suo, l' onta e l' infamia, di tutti: poichè niun mai buonamente esercitò signoria malvagiamente acquistata. Galba fu Cesare per consenso dell' universo; io per consenso di Galba, e vostro. Se la Repubblica, ed il Senato, ed il Popolo son nomi vani, Compagni, è vostro interesse che non si faccia l' Imperadore da' pessimi. Talora s' udì legioni tumultuare contro i lor capi: la fede e la fama vostra si tenne intatta sin qui; e pur Nerone abbandonò voi, non voi Nerone. Meno di trenta ribelli, e disertori, cui niuno sopporterebbe che si eleggessero un centurione, un tribuno, daran l' Impero? Approvate l' esempio? e tacendo vi associerete al misfatto? Passerà questa licenza nelle provincie; e noi porterem gli effetti delle ribalderie, voi delle guerre. Non si darà maggior dono agli assassini del Principe, che agl' innocenti; ma per la fede riceverete da noi quanto dagli altri per il misfatto.*

31. *Dilapsis speculatoribus, cetera cohors, non adspernata concionantem, ut turbidis rebus evenit, forte magis, et nullo adhuc consilio, parat signa, quam, quod postea creditum est, insidiis et simulatione. Missus et Celsus Marius ad electos Illyrici exercitus, Vipsania in porticu tendentes. Praeceptum Amulio Sereno et Domitio Sabino primipilaribus*, ut Germanicos milites e Libertatis atrio arcerserent. *Legioni classicae diffidebatur, infestae ob caedem commilitonum, quos primo statim introitu trucidaverat Galba. Pergunt etiam in castra praetorianorum tribuni Cerius Severus, Subrius Dexter, Pompejus Longinus; si incipiens adhuc, et necdum adulta seditio, melioribus consiliis flecteretur. Tribunorum Subrium et Cerium milites adorti minis, Longinum manibus coercent, exarmantque: quia non ordine militiae, sed e Galbae amicis, fidus Principi suo, et desciscentibus suspectior erat. Legio classica, nihil cunctata, praetorianis adjungitur. Illyrici exercitus electi Celsum infestis pilis proturbant. Germanica vexilla diu nutavere; invalidis adhuc corporibus, et placatis animis, quod eos, a Nerone Alexandriam praemissos, atque inde rursus longa navigatione aegros, impensiore cura Galba refovebat.*

32. *Universa jam plebs palatium implebat, mixtis servitiis, et dissono clamore*, caedem Othonis et conjuratorum exitium *poscentium, ut si in circo ac theatro ludicrum aliquod postularent. Neque illis judicium aut veritas: quippe eodem*

31. Sbrancatisi gli esploratori, il resto della coorte non isdegnò d'ascoltarlo; e come avviene negli scompigli, per abitudine e senz' ancora un disegno mettesi in arme, più che per trama e simulazione, siccome poi fu creduto. Si spedì pur Celso Mario agli eletti dell'esercito Illirico attendati nel portico di Vipsanio. S'ingiunse ad Amulio Sereno ed a Domizio Sabino già primipili di richiamar dall'Atrio della Libertà le squadre Germaniche. Si diffidava della legion navale, irritata per la uccision de' compagni, che al primo ingresso da Galba si trucidarono. Recansi ancora a' quartieri de' Pretoriani i Tribuni Cerio Severo, Subrio Destro, Pompeo Longino, se mai potessero con miglior senno placare l'appena insorta nè per ancora gagliarda sollevazione. I soldati, con le minacce avventatisi a Subrio e a Cerio, con le lor mani Longino arrestano e lo disarmano, perchè promosso non a ragion di milizia, ma dal favore di Galba, era fedele al suo Principe, e più sospetto a' ribelli. La legion navale senza indugiare uniscesi a' Pretoriani. Gli eletti dell'esercito Illirico coll' aste in resta respingon Celso. Le compagnie Germane ondeggiarono lungamente, debili ancora di corpo e di cuor tranquille, perchè mandate già da Nerone in Alessandria, e tornatene da una lunga navigazione malconce, con maggior cura da Galba si ristoravano.

32. Già empieva tutta la plebe il palazzo, e mescolata agli schiavi con discordanti grida chiedea *la morte di Ottone e la strage de' congiurati*, come se al circo o in teatro qualche spettacolo domandassero; non già da senno o di cuore, siccome

die diversa pari certamine postulaturis: sed tradito more, quemcumque principem adulandi, licentia adclamationum, et studiis inanibus. Interim Galbam duae sententiae distinebant: Titus Vinius, manendum intra domum, opponenda servitia, firmandos aditus, non eundum ad iratos *censebat:* daret malorum poenitentiae; daret bonorum consensui spatium. Scelera impetu, bona consilia mora valescere. Denique eundi ultro, si ratio sit, eandem mox facultatem: regressus, si poeniteat, in aliena potestate.

33. Festinandum *ceteris videbatur*, antequam cresceret invalida adhuc conjuratio paucorum. Trepidaturum etiam Othonem, qui furtim digressus, ad ignaros illatus, cunctatione nunc et segnitia terentium tempus, imitari Principem discat. Non expectandum, ut, compositis castris, forum invadat, et prospectante Galba Capitolium adeat: dum egregius Imperator, cum fortibus amicis, janua ac limine tenus domum cludit, obsidionem nimirum toleraturus. Et praeclarum in servis auxilium, si consensus tantae multitudinis, et, quae plurimum valet, prima indignatio elanguescat. Proinde intuta, quae indecora: vel, si cadere necesse sit, occurrendum discrimini. Id Othoni invidiosius, et ipsis honestum. *Repugnantem huic sententiae Vinium Laco minaciter invasit, stimulante Icelo, privati odii pertinacia, in publicum exitium.*

34. *Nec diutius Galba cunctatus, speciosiora*

quelli ch'eran per domandare lo stesso dì con pari ardore il contrario; ma per l'uso invalso di adulare con favor vano e acclamazioni sfrenate qualunque Principe. Intanto Galba fra due consigli ondeggiava. Esortavalo Tito Vinio *a rimanersi in palazzo, ad oppor gli schiavi, a sbarrar gl'ingressi, a non affrontar gli adirati: desse a' ribelli campo a pentirsi, a' buoni di concertarsi: invigorir coll' impeto le scelleraggini, col tempo i buoni consigli. Finalmente l'uscire in campo, ove ragione il voglia, essere sempre in sua facoltà; il ritrarsi, ove si penta, in altrui.*

33. Piaceva ad altri *di accelerare prima che una congiura di pochi, debole ancora, s' ingagliardisse. Ottone stesso palpiterebbe, il qual partitosi furtivamente e portato in mezzo ad incogniti, or dall' indugio e dalla viltà di chi si perde in parole impara a diportarsi da Principe. Non doversi aspettare che impadronito del campo assalti il Foro ed in su gli occhi di Galba al Campidoglio ascenda, mentre l' egregio Imperadore co' suoi gagliardi si chiude e sbarra in palazzo per sostenervi certo un assedio. Di bell' ajuto anche i servi, se la concordia di tanto volgo, e il primo sdegno, che tanto può, venga meno. Non è sicurezza dunque nella viltà: o s' è pur forza perire, deesi affrontare il pericolo: ciò accrescerebbe odio ad Ottone, sarebbe ad essi onorevole.* Contrapponendosi Vinio, lo rabbuffò minacciosamente Lacone mosso da Icelo ostinato nel privat' odio a pubblico danno.

34. Nè Galba oltre indugiò ad arrendersi al più

suadentibus accessit. Praemissus tamen in castra Piso, ut juvenis magno nomine, recenti favore, et infensus T. Vinio, seu quia erat, seu quia irati ita volebant; et facilius de odio creditur. Vix dum egresso Pisone, occisum in castris Othonem, *vagus primum et incertus rumor: mox, ut in magnis mendaciis,* interfuisse se quidam, et vidisse, *adfirmabant, credula fama inter gaudentes, et incuriosos. Multi arbitrabantur compositum auctumque rumorem, mixtis jam Othonianis, qui ad evocandum Galbam laeta falso vulgaverint.*

35. *Tum vero non populus tantum et imperita plebs in plausus et immodica studia, sed Equitum plerique ac Senatorum, posito metu incauti, refractis palatii foribus, ruere intus, ac se Galbae ostentare,* praereptam sibi ultionem *querentes. Ignavissimus quisque, et, ut res docuit, in periculo non ausurus, nimii verbis, linguae feroces: nemo scire, et omnes adfirmare; donec inopia veri, et consensu errantium victus, sumpto thorace, Galba, irruenti turbae, neque aetate neque corpore sistens, sella levaretur. Obvius in palatio Julius Atticus, speculator, cruentum gladium ostentans,* occisum a se Othonem, *exclamavit: et Galba,* Commilito, *inquit,* quis jussit? *insigni animo ad coercendam militarem licentiam, minantibus intrepidus, adversus blandientes incorruptus.*

36. *Haud dubiae jam in castris omnium mentes: tantusque ardor, ut non contenti agmine et*

specioso consiglio. Pure si spedì prima Pisone al campo, siccome giovane di gran nome, fresco in sul credito, ed inimico a Vinio; o chè tal fosse, o chè così volessero gli adirati; e l' odio più facilmente si crede. Appena uscito Pisone, cominciò sordamente a romoreggiarsi *Ottone ucciso nel campo*, poi, come nelle grandi bugie, asseveravano alcuni *averlo veduto spento*, credendolo prontamente chi ne gioiva ed a chi nulla importavane. Molti pensavano finto e ingrandito il romore dagli Ottoniani già misti al volgo, che liete nuove spargevano falsamente per muover Galba ad uscire.

35. Allora poi non il popolo solamente e la rozza plebe prorompe con forsennato ardore in applausi, ma Cavalieri e Senatori assaissimi, folli per la deposta paura, rotte le porte cacciansi a furia in palazzo, e si esibiscono a Galba, dolendosi *prevenuti nella vendetta*. I più vigliacchi, e di niun cuore al pericolo, come il fatto manifestò, fieri di lingua erano bravi in parole: niuno sapeva, e tutti affermavano; sinochè vinto dalla mancanza del vero e dal consenso degl' ingannati, Galba, vestitosi la corazza, nè per vecchiezza ed infermità reggendo all' impeto della calca, fu via levato in lettiga. Giulio Attico, guardacorpo, incontrandolo nel palazzo, mostrando insanguinata la spada, *io spensi Ottone*, gridò; e Galba disse, *compagno*, *chi tel commise?* d' animo grande a frenare la militar licenza, intrepido alle minacce, dalle lusinghe incorrotto.

36. Già più non v'era nel campo chi vacillasse: di tanto ardore eran tutti, che non contenti di far-

corporibus, in suggestu, in quo paullo ante aurea Galbae statua fuerat, medium inter signa Othonem vexillis circumdarent. Nec tribunis aut centurionibus adeundi locus: gregarius miles caveri *insuper* praepositos *jubebat. Strepere cuncta clamoribus, et tumultu, et exhortatione mutua, non tamquam in populo ac plebe, variis segni adulatione vocibus, sed, ut quemque adfluentium militum adspexerant, prensare manibus, complecti armis, collocare juxta, praeire sacramentum, modo Imperatorem militibus, modo Imperatori milites commendare. Nec deerat Otho, protendens manus, adorare vulgum, jacere oscula, et omnia serviliter pro dominatione. Postquam universa classiariorum legio sacramentum ejus accepit, fidens viribus, et, quos adhuc singulos extimulaverat, accendendos in commune ratus, pro vallo castrorum ita coepit:*

37. Quis ad vos processerim, commilitones, dicere non possum: quia nec privatum me vocare sustineo, Princeps a vobis nominatus; nec Principem, alio imperante. Vestrum quoque nomen in incerto erit, donec dubitabitur Imperatorem Populi Rom. in castris, an hostem habeatis. Auditisne, ut poena mea, et supplicium vestrum simul postulentur? adeo manifestum est, neque perire nos, neque salvos esse, nisi una, posse. Et, cujus lenitatis est Galba, jam fortasse promisit: ut, qui nullo exposcente, tot millia innocentissimorum militum trucidaverit. Horror animum subit, quotiens recordor feralem introitum, et hanc solam Galbae victo-

gli cerchio delle persone, posero Ottone sopra il rialto, ove poc' anzi sorgeva la statua d' oro di Galba; e tralle insegne con le bandiere lo circondarono. Non Tribuno, non Centurione gli si poteva appressare: il fantaccino volea guardarlo sino da' soprastanti. Tutto romoreggiava di strepiti, di tumulto, di esortazioni reciproche; non, come nel popolo e nella plebe, con un frastuono di adulazioni vigliacche, ma ogni soldato accorso prendean per mano, se lo abbracciavan con l' armi, glielo ponevan dappresso, gli suggerivano il giuramento, ora l' Imperadore a' soldati, or' i soldati all' Imperadore raccomandavano. Nè Ottone mancava già di stender le mani, adorare il volgo, lanciargli baci, e servilmente ogni cosa per dominare. Poichè l' intera legion navale giurato gli ebbe, sicuro delle sue forze, avvisatosi di animare pubblicamente quanti avea già privatamente infiammati, parlò dinanzi allo steccato così.

37. *Quale io tra voi siami, Compagni, non so: perchè privato non voglio dirmi, principe da voi nominato; nè principe, ov' altri imperi. Il vostro nome è pur dubbio, finchè si dubiterà se abbiate in campo di Roma l' Imperadore o il nemico. Udite come si chieda insieme la vostra pena ed il mio supplizio. Talmente è chiaro, che o perire o salvarci noi non possiamo che insieme. E forse già, tanto è dolce, promise Galba la nostra morte; come già, niun domandandolo, trucidò tante migliaja d' innocentissimi uomini. Inorridisco qualor rimembro il ferale ingresso, e quella vittoria sola di Galba, quan-*

riam, cum, in oculis urbis, decumari deditos jubere, quos deprecantes in fidem acceperat. His auspiciis urbem ingressus, quam gloriam ad principatum adtulit, nisi occisi Obultronii Sabini et Cornelii Marcelli in Hispania, Betui Chilonis in Gallia, Fonteii Capitonis in Germania, Clodii Macri in Africa, Cingonii in via, Turpiliani in urbe, Nymphidii in castris? Quae usquam provincia, quae castra sunt, nisi cruenta et maculata? aut, ut ipse praedicat, emendata et correcta? Nam, quae alii scelera, hic remedia vocat: dum falsis nominibus, severitatem pro saevitia, parsimoniam pro avaritia, supplicia et contumelias vestras, disciplinam adpellat. Septem a Neronis fine menses sunt, et jam plus rapuit Icelus, quam quod Polycleti, et Vatinii, et Aelii, paraverunt. Minore avaritia ac licentia grassatus esset T. Vinius, si ipse imperasset: nunc et subjectos nos habuit, tamquam suos, et viles, ut alienos. Una illa domus sufficit donativo, quod vobis nunquam datur, et cotidie exprobratur.

38. Ac, ne qua saltem in successore Galbae spes esset, accersit ab exilio, quem tristitia et avaritia sui simillimum judicabat. Vidistis, commilitones, notabili tempestate, etiam deos infaustam adoptionem adversantes. Idem Senatus, idem Populi Rom. animus est. Vestra virtus expectatur, apud quos omne honestis consiliis robur, et sine quibus, quamvis egregia invalida sunt. Non ad bellum vos, nec ad periculum voco: omnium militum arma nobi-

do, in su gli occhi di Roma, ordinò che si decimassero i supplichevoli datisi alla sua fede. Entrato in Roma con tali auspicj, qual gloria al Principato apportò, se non le uccisioni di Obultronio Sabino e di Cornelio Marcello in Ispagna, di Betuo Chilone in Gallia, di Fontejo Capitone in Germania, di Clodio Macro in Affrica, di Cingonio in viaggio, di Turpiliano in Roma, e di Ninfidio nel campo? Qual v'ha provincia, qual campo, non sanguinoso e contaminato, o, com' egli gloriasi, non emendato e corretto? Perch' egli chiama rimedj le scelleraggini, mentre con falsi nomi severità la barbarie, sobrietà l' avarizia, gli strazj e gli oltraggi vostri nomina disciplina. Son sette mesi dacchè Nerone morì, e già Icelo ha rapito più che i Policleti e i Vatinj, e gli Elj, e gli Aloti ammassarono. Imperversato avrebbe con minor furia e rapacità Tito Vinio, se avesse egli signoreggiato. Or ei come schiavi suoi ne calpesta, e sprezza come d'altrui. La sua sola casa basta pel donativo, che mai non davvisi, ed ogni giorno vi si rinfaccia.

38. *E perchè niuna speranza restasse almeno nel successore di Galba, chiamò dall' esilio chi reputava più somigliarlo in severità ed avarizia. Vedeste, o Compagni, con memorabil tempesta gli stessi Iddii riprovar l' infausta adozione. Tale è pur l' animo del Senato, tale del Popolo. Il vostro valore aspettasi, in cui sta tutto il vigore degli onorati consigli, e senza cui le imprese più generose languiscono. Io non a*

scum sunt. Nec una cohors togata defendit nunc Galbam, sed detinet. Cum vos adspexerit, cum signum meum acceperit, hoc solum erit certamen, quis mihi plurimum imputet. Nullus cunctationi locus est in eo consilio, quod non potest laudari, nisi peractum. *Aperiri deinde armamentarium jussit. Rapta statim arma, sine more et ordine militiae, ut praetorianus, aut legionarius insignibus suis distingueretur: miscentur auxiliaribus, galeis scutisque. Nullo tribunorum centurionumve adhortante, sibi quisque dux et instigator: et praecipuum pessimorum incitamentum, quod boni moerebant.*

39. *Jam exterritus Piso fremitu crebrescentis seditionis, et vocibus in urbem usque resonantibus, egressum interim Galbam et foro adpropinquantem, adsecutus erat: jam Marius Celsus haud laeta retulerat: cum alii*, in palatium redire, *alii*, Capitolium petere, *plerique*, rostra occupanda, *censerent, plures tantum sententiis aliorum contradicerent; utque evenit in consiliis infelicibus, optima viderentur, quorum tempus effugerat. Agitasse Laco, ignaro Galba, de occidendo T. Vinio dicitur, sive ut poena ejus animos militum mulceret, seu conscium Othonis credebat, ad postremum, vel odio. Haesitationem adtulit tempus ac locus, quia, initio caedis orto, difficilis modus: et turbavere consilium trepidi nuntii, ac proximorum diffugia, languentibus omnium studiis, qui primo alacres fidem atque animum ostentaverant.*

guerra, non a perigli vi chiamo: con noi son l' arme di tutti. Nè quella guardia togata difende or Galba, ma lo imprigiona. Quando mirerà voi, quando riceverà il mio segno, sol questa gara saravvi, chi più mi sia meritevole. Non soffre indugio un consiglio, che non si può lodare se non compiuto. Fe' quindi aprir l' armerìa: rapironsi tosto l' arme senza tenore ed ordine di milizia, onde il pretoriano ed il legionario con le divise proprie si distinguessero. Con le celate e gli scudi meschiansi agli ausiliari. Non gli animava Tribuno, non Centurione; ciascuno era guida e sprone a sè stesso: ed il primario incitamento de' pessimi era il dolore de' buoni.

39. Già spaventato dal fremito della crescente sollevazione, e dalle voci sin dentro Roma romoreggianti, avea Pisone raggiunto Galba, che uscito già di palazzo avvicinavasi al Foro: già Mario Celso con tristi nuove era giunto: altri esortavano a ritornare in palazzo; altri ad ascendere al Campidoglio; i più ad occupare i Rostri; molti soltanto agli altrui pareri contraddicevano: e come accade negl' infelici consigli, quelli parevan gli ottimi, che più non erano a tempo. Dicesi che Lacone, senza saputa di Galba, trattò d' uccidere Tito Vinio, o per calmar col suo scempio gli animi de' soldati, o complice lo riputasse di Ottone, o finalmente per odio. Il tempo e il luogo il rattennero; chè mal frenasi incominciata la strage: e dal proposito lo rimossero i paurosi avvisi, e la fuga de' circostanti, e l' abbattimento di tutti quelli, che prima arditi animo e fede ostentarono.

40. *Agebatur huc illuc Galba, vario turbae fluctuantis impulsu: completis undique basilicis ac templis, lugubri prospectu. Neque populi, aut plebis ulla vox; sed adtoniti vultus, et conversae ad omnia aures. Non tumultus, non quies: quale magni metus, et magnae irae silentium est. Othoni tamen*, armari plebem, *nuntiabatur.* Ire praecipites et occupare pericula *jubet. Igitur milites Romani, quasi Vologesen aut Pacorum avito Arsacidarum solio depulsuri, ac non Imperatorem suum inermem et senem trucidare pergerent, disjecta plebe, proculcato Senatu, truces armis, rapidis equis, forum inrumpunt. Nec illos Capitolii adspectus, et imminentium templorum religio, et priores et futuri Principes terruere, quo minus facerent scelus, cujus ultor est, quisque successit.*

41. *Viso cominus armatorum agmine, vexillarius comitantis Galbam cohortis* (Atilium Vergilionem fuisse *tradunt*) *dereptam Galbae imaginem solo adflixit. Eo signo manifesta in Othonem omnium militum studia, desertum fuga populi forum, destricta adversus dubitantes tela. Juxta Curtium lacum, trepidatione ferentium Galba projectus e sella, ac provolutus est. Extremam ejus vocem, ut cuique odium aut admiratio fuit, varie prodidere. Alii, suppliciter interrogasse*, quid mali meruisset? paucos dies exsolvendo donativo *deprecatum. Plures, obtulisse ultro percussoribus jugulum*, agerent ac ferirent, si ita e Rep. videretur. *Non interfuit occidentium quid diceret: De percussore non satis constat. Qui-*

40. Era qua e là spinto Galba dal vario urto della turba ondeggiante: pieni eran templi e basiliche da per tutto con vista lugubre; nè voce alcuna del popolo o della plebe; ma volti attoniti e orecchie tese ad ogni romore: non tumulto, non quiete; quale di gran paura e di grand' ira è silenzio. Pur si diceva ad Ottone *che il volgo armavasi*. Ordina *volisi e si prevenga il pericolo*. Dunque i soldati romani quasi avanzassero a rovesciar dall' Arsacido avito soglio Vologese o Pacoro, e non a trucidare l' infermo e vecchio suo Imperadore, sbaragliata la plebe, conculcato il Senato, tremendi in armi, a tutta corsa s' avventano con i cavalli nel Foro: nè l' aspetto del Campidoglio, e la religione de' soprastanti templi, e i passati e' futuri Principi gli atterrirono dal consumare un misfatto, del quale è vindice chiunque sia per succedere.

41. Visto appressarsi le armate squadre, l' alfiere della coorte che accompagnava Galba (narrano fosse Attilio Virgilione) ne svelse e percosse a terra l' immagine. A quel segno il favor di tutti i soldati si palesò per Ottone: fuggì il popolo; rimase il Foro deserto; brandironsi contr'a'dubbiosi le spade. Presso alla voragine Curzia per il tremore de' portatori Galba ne andò voltoloni dalla lettiga per terra. L' ultime voci sue variamente, secondo l'odio e l'ammirazione di ciascheduno, si riferirono. Altri, che supplichevole interrogò *che male ho io meritato?* pregandoli *di pochi giorni per compiere il donativo*. I più, che offerse spontaneamente agli uccisori la gola, e *fate*, disse, *e ferite*, *se vi par bene della repubblica*. Agli uccisori di sue pa-

dam Terentium Evocatum, *alii* Lecanium; *crebrior fama tradidit* Camurium XV legionis militem, impresso gladio, jugulum ejus hausisse. *Ceteri crura brachiaque (nam pectus tegebatur) foede laniavere: pleraque vulnera feritate et saevitia trunco jam corpori adjecta.*

42. *Titum inde Vinium invasere. De quo et ipso ambigitur, consumpseritne vocem ejus instans metus, an proclamaverit*, non esse ab Othone mandatum, ut occideretur. *Quod seu finxit formidine; seu conscientiam conjurationis confessus est: huc potius ejus vita famaque inclinat, ut conscius sceleris fuerit, cujus caussa erat. Ante aedem divi Julii jacuit, primo ictu in poplitem, mox ab Julio Caro, legionario milite, in utrumque latus transverberatus.*

43. *Insignem illa die virum Sempronium Densum aetas nostra vidit. Centurio is praetoriae cohortis, a Galba custodiae Pisonis additus, stricto pugione occurrens armatis, et scelus exprobrans, ac modo manu, modo voce, vertendo in se percussores, quamquam vulnerato Pisoni effugium dedit. Piso in aedem Vestae pervasit, exceptusque misericordia publici servi, et contubernio ejus abditus, non religione, nec caerimoniis, sed latebra imminens exitium differebat: cum advenere, missu Othonis, nominatim in caedem ejus ardentes, Sulpicius Florus, e Britannicis cohortibus, nuper a Galba civitate donatus, et Statius Murcus, speculator. A quibus protractus Piso, in foribus templi trucidatur.*

role non calse. Non è ben chiaro chi l' ammazzò. Altri *Terenzio Evocato*, altri *Lecanio* dissero: la voce più divulgata è *che Camurio soldato della Legion Quindicesima con la spada la gola gli trapassasse*. Gli altri le braccia e le gambe, perocchè il busto era armato, ne lacerarono bruttamente, e con brutale fierezza il corpo, mozzone il capo, di più ferite straziarono.

42. Indi avventaronsi a Tito Vinio, del quale ancora si dubita, se la paura incalzante gli soffocasse la voce, oppure esclamasse, *Ottone non ordinar la sua morte*. Lo che o finse per ispavento, o confessò per essere della congiura. La vita e la fama sua spinge più tosto a crederlo complice d' un misfatto, del quale egli era cagione. Giacque dinanzi al tempio del Divo Giulio, d'un primo colpo al ginocchio; Giulio Caro poi, legionario, da un fianco all' altro lo trapassò.

43. La nostra età vide in quel giorno un uom segnalato, Sempronio Druso, centurione d' una coorte pretoria, posto da Galba a guardar Pisone, affrontando con un pugnale gli armati e sgridandoli di fellonìa, e or con la mano, or con la voce irritando contro di sè gli uccisori, diede a Pisone, benchè ferito, agio a fuggirsene. Pisone entrò nel tempio di Vesta, e accolto dalla pietà d' un pubblico servo, e ascoso nella sua camera, non con la religione ed il culto ma celandosi, differiva il soprastante esterminio: quando spediti da Ottone, espressamente bramosi della sua morte, gli sopraggiunsero Sulpizio Floro delle coorti Britanniche, dianzi fatto cittadino da Galba, e Stazio Murco, specolatore, che trattol fuori lo trucidarono in su la soglia del tempio.

44. *Nullam caedem Otho majore laetitia excepisse, nullum caput tam insatiabilibus oculis perlustrasse dicitur: seu tum primum levata omni solicitudine mens vacare gaudio coeperat: seu recordatio majestatis in Galba, amicitiae in T. Vinio, quamvis immitem animum imagine tristi confuderat: Pisonis, ut inimici et aemuli, coede laetari, jus fasque credebat. Praefixa contis capita gestabantur, inter signa cohortium juxta Aquilam legionis: certatim ostentantibus cruentas manus, qui occiderant, qui interfuerant, qui vere, qui falso, ut pulchrum et memorabile facinus, jactabant. Plures quam CXX libellos praemia exposcentium, ob aliquam notabilem illa die operam, Vitellius postea invenit: omnesque conquiri et interfici jussit; non honore Galbae, sed tradito Principibus more, munimentum ad praesens, in posterum ultionem.*

45. *Alium crederes Senatum, alium Populum. Ruere cuncti in castra, anteire proximos, certare cum praecurrentibus, increpare Galbam, laudare militum judicium, exosculari Othonis manum: quantoque magis falsa erant, quae fiebant, tanto plura facere. Non adspernabatur singulos Otho, avidum et minacem militum animum voce vultuque temperans. Marium Celsum, Consulem designatum, et Galbae usque in extremas res amicum fidumque, ad supplicium expostulabant; industriae ejus innocentiaeque, quasi malis artibus, infensi. Caedis et praedarum initium, et optimo cuique perniciem, quaeri adpa-*

44. Narrasi che Ottone niuna uccisione con più allegrezza ascoltò, niuna testa considerò con occhi tanto insaziabili: o chè allora sgombro d'ogn'inquietezza incominciasse ad aprire il cuore alla gioja; o la memoria della maestà di Galba, dell'amicizia di Tito Vinio l'animo, benchè atroce, con triste immagini rabbuffarono: della uccision di Pisone, come nemico e rivale, credeva lecito e doveroso allegrarsi. Le teste in su le punte dell'aste portavansi fra le insegne delle coorti appo l'Aquila della Legione; mostrando a gara le sanguinose mani quelli che uccisero, quei che intervennero, chi veramente, chi falsamente, qual bella e memorabile impresa la celebravano. Più di centoventi memorie, chiedenti premio per qualche notevol opera di quel giorno, trovò poi Vitellio, e fe' tutti ricercare ed uccidere, non per onore di Galba, ma per costume comune a'Principi, a sicurezza presente e ad esempio futuro.

45. Altro Senato creduto avresti, altro Popolo. Tutti precipitavansi al campo; ansavano per avanzar chi seguivali, e per raggiungere chi precedevali; vituperavano Galba; lodavano l'elezion de' soldati; baciavan le mani ad Ottone: e quanto più le dimostrazioni eran false, tanto più ne facevano. Nè Ottone sdegnava alcuno, calmando con la voce e col volto il minaccioso ed ingordo animo de' soldati. Chiedeano al supplizio Mario Celso, Consolo eletto, amico e fedele a Galba sino agli estremi, abborrendone l'innocenza e l'industria, quasi malvagità. Era palese che si cercava dar principio alle uccisioni, a' saccheggi, e alla ruina di tutti i buo-

rebat. Sed Othoni nondum auctoritas inerat ad prohibendum scelus: jubere jam poterat. Ita, simulatione irae, vinciri *jussum*, *et* majores poenas daturum *adfirmans*, *praesenti exitio subtraxit.*

46. *Omnia deinde arbitrio militum acta. Praetorii Praefectos sibi ipsi legere: Plotium Firmum, e manipularibus quondam, tum vigilibus praepositum, et, incolumi adhuc Galba, partes Othonis secutum. Adjungitur Licinius Proculus, intima familiaritate Othonis, suspectus, consilia ejus fovisse. Urbi Flavium Sabinum praefecere, judicium Neronis secuti, sub quo eamdem curam obtinuerat: plerisque Vespasianum fratrem in eo respicientibus. Flagitatum*, ut vacationes, praestari centurionibus solitae, remitterentur. *Namque gregarius miles, ut tributum annuum, pendebat. Quarta pars manipuli sparsa per commeatus, aut in ipsis castris vaga, dum mercedem centurioni exsolveret: neque modum oneris quisquam, neque genus quaestus pensi habebat. Per latrocinia et raptus, aut servilibus ministeriis, militare otium redimebant. Tum locupletissimus quisque miles labore ac saevitia fatigari, donec vacationem emeret. Ubi, sumptibus exhaustus, socordia insuper elanguerat, inops pro locuplete, et iners pro strenuo, in manipulum redibat: ac rursus alius atque alius, eadem egestate ac licentia corrupti, ad seditiones et discordias, et ad extremum, in bella civilia ruebant. Sed Otho, ne vulgi, largitione centurionum animos averteret*, fiscum suum vacationes

ni. Ma non aveva per anco Ottone autorità di vietare le scelleraggini; poteva già comandarle. Fintosi dunque adirato fe' imprigionarlo, e affermando, *che lo serbava a maggior supplizio*, il sottrasse all' imminente esterminio.

46. Tutto si fece in seguito a volontà de' soldati. Eglino stessi i Prefetti elessero del Pretorio: Plozio Fermo, già fantaccino, allora capo di scolte, e partigiano d' Ottone quando anche Galba era in forze; e Licinio Procolo, per la molta intrinsechezza d' Ottone, sospetto d' averne favorito i disegni. Diedero a Flavio Sabino la Prefettura della Città, al giudizio di Nerone attenutisi, sotto cui s' ebbe tal dignità, molti in lui riguardando il suo fratel Vespasiano. Si domandò, *che l' esenzioni, use pagarsi a' Centurioni, cessassero:* poichè il soldato gregario, quale annual tributo, pagavale. La quarta parte di una compagnia per le licenze sbandavasi, oppur vagava pel campo stesso: purchè pagasse al Centurione la tassa, niuno guardava a misura o genere di estorsione. Con ladroneggi e rapine, o con servili travagli si comperavano il militare riposo. Quindi ogni ricco soldato più crudelmente aggravavasi, finchè comprasse il congedo: esausto poi dalle spese, e infiacchito oltracciò dall'ozio, povero e vile di valoroso e ricco tornava alla compagnia; ed ora l'uno, ora l'altro dalla miseria e licenza stessa corrotti, a sedizioni e discordie, e finalmente a guerre civili precipitavansi. Ma Ottone, per non alienarsi gli animi de' Centurioni con prodigare a' soldati, promise *pagar del proprio le annuali esenzioni:* cosa utile certamen-

annuas exsoluturum, *promisit: rem haud dubie utilem, et a bonis postea Principibus, perpetuitate disciplinae firmatam. Laco Praefectus, tamquam in insulam seponeretur, ab evocato, quem ad caedem ejus Otho praemiserat, confossus: in Martianum Icelum, ut in libertinum, palam animadversum.*

47. *Exacto per scelera die, novissimum malorum fuit laetitia. Vocat Senatum Praetor urbanus. Certant adulationibus ceteri magistratus. Adcurrunt Patres: decernitur Othoni* tribunicia potestas, et nomen Augusti, et omnes Principum honores, *adnitentibus cunctis abolere convicia ac probra, quae, promiscue jacta, haesisse animo ejus, nemo sensit. Omisisset offensas, an distulisset, brevitate imperii in incerto fuit. Otho, cruento adhuc foro, per strages jacentium, in Capitolium, atque inde in Palatium vectus,* concedi corpora sepulturae, cremarique *permisit. Pisonem Verania uxor ac frater Scribonianus, T. Vinium Crispina filia, composuere, quaesitis redemptisque capitibus, quae venalia interfectores servaverant.*

48. *Piso unum et tricesimum aetatis annum explebat, fama meliore, quam fortuna. Fratres ejus, Magnum Claudius, Crassum Nero interfecerant. Ipse diu exul, quatriduo Caesar, properata adoptione ad hoc tantum majori fratri praelatus est, ut prior occideretur. T. Vinius LVII annos variis moribus egit. Pater illi e Praetoria familia, maternus avus e proscriptis. Prima militia infamis, Legatum Calvisium Sa-*

te, e poscia da' buoni Principi, con regolar disciplina, perpetuata. Lacone Prefetto, quasi in un'Isola si rilegasse, fu trafitto da un Evocato, spedito da Ottone innanzi ad ucciderlo. Marziano Icelo, come liberto, soggiacque a supplizio pubblico.

47. Consumato in delitti il giorno, l'ultima scelleraggine fu l'allegrezza. Aduna il Pretore Urbano il Senato: gli altri magistrati gareggiano di adulazioni: i Padri accorrono: si decreta ad Ottone la potestà Tribunizia, il nome d'Augusto, e tutti gli onori de' Principi, tutti sforzandosi a cancellare le ingiurie e l'onte, che alla rinfusa scagliate niuno s'avvide gli si scolpisser nell'animo. Pe 'l breve imperio fu dubbio, s'egli obbliasse o differisse le offese. Ottone dal Foro ancor sanguinoso fra i trucidati cadaveri trattosi al Campidoglio, quindi al Palazzo, permise che si bruciassero e seppellissero i morti. Pisone fu tumulato dalla sua moglie Verania e dal fratel Scriboniano; dalla sua figlia Crispina Vinio; cercatesi e riscattatesi le lor teste, serbate dagli uccisori per vendersi.

48. Compiea Pisone il trentunesimo anno, miglior di fama che di fortuna. I suoi fratelli, Magno da Claudio, Crasso da Nerone, si uccisero. Egli esule lungamente, Cesare per quattro dì, con frettolosa adozione, per questo solo al fratel maggiore fu preferito, per esser prima ammazzato. Tito Vinio cinquantasett'anni visse con varj costumi. Il padre fu di pretoria famiglia, il matern'avolo de' proscritti. Vituperosa fu la sua prima milizia sotto

binum habuerat: cujus uxor, mala cupidine visendi situm castrorum, per noctem militari habitu ingressa, cum vigilias et cetera militiae munia eadem lascivia temerasset, in ipsis principiis stuprum ausa: et criminis hujus reus T. Vinius arguebatur. Igitur jussu C. Caesaris oneratus catenis; mox, mutatione temporum, dimissus, cursu honorum inoffenso, legioni post praeturam praepositus, probatusque: servili deinceps probro respersus est, tamquam scyphum aureum in convivio Claudii furatus: et Claudius postera die soli omnium Vinio fictilibus ministrari jussit. Sed Vinius proconsulatu Galliam Narbonensem severe integreque rexit. Mox Galbae amicitia in abruptum tractus, audax, callidus, promptus, et, prout animum intendisset, pravus aut industrius, eadem vi. Testamentum T. Vinii, magnitudine opum, irritum: Pisonis supremam voluntatem paupertas firmavit.

49. *Galbae corpus diu neglectum, et licentia tenebrarum plurimis ludibriis vexatum, dispensator Argius, e prioribus servis, humili sepultura sn privatis ejus hortis contexit. Caput, per lixas ialonesque suffixum laceratumque, ante Patrobii cumulum (libertus is Neronis, punitus a Galba tuerat) postera demum die repertum, et cremato jam corpori admixtum est. Hunc exitum habuit Ser. Galba, tribus et septuaginta annis quinque Principes prospera fortuna emensus, et alieno imperio felicior, quam suo. Vetus in familia nobilitas, magnae opes. Ipsi medium ingenium,*

Calvisio Sabino Legato: la cui moglie per brama di osservare il sito del campo di notte entratavi in abito soldatesco, avendo contaminato le guardie e gli altri militari esercizj con la stessa lascivia, ardì prostituirsi al cospetto degl' Iddii militari; e Tito Vinio incolpavasi di tal delitto. Fu dunque posto in catene per ordine di Cajo Cesare: poi, liberatone per la rivoluzione, corsa l'usata via degli onori passò dalla pretura al governo d'una legione, e con lode: si lordò quinci d'una bruttura da schiavo, rubando a mensa di Claudio una tazza d'oro; e Claudio il dì seguente ordinò, che al solo Vinio si ministrasse in vasellami di creta. Pur Vinio amministrò la Gallia Narbonese Proconsole con rigidezza incolpabile; tratto poi dall' amicizia di Galba in istato pericoloso fu pronto, audace, scaltrito, e a suo talento industrioso o malvagio con pari sagacità. Il testamento di Tito Vinio per le ricchezze immense fu vano: la povertà tenne salda l' ultima volontà di Pisone.

49. Il corpo di Galba, negletto il giorno, e nel disordine della notte con mille scherni oltraggiato, Argio, suo tesoriere, de'primi servi, ne'suoi privati giardini ricoprì d'umile sepoltura. La testa, da bagaglioni e saccardi fitta in un' asta e straziata, fu ritrovata alfine il dì poi dinanzi al tumolo di Patrobio, liberto già di Nerone e giustiziato da Galba, e insieme coll' arso corpo sepolta. Sergio Sulpizio Galba d'anni settantatrè, passato per cinque Principi con prosperosa fortuna, e più felice nell' impero altrui, che nel suo. Antica nobiltà di famiglia; grandi ricchezze; mediocre ingegno; e senza

magis extra vitia, quam cum virtutibus. Famae nec incuriosus, nec venditator. Pecuniae alienae non adpetens, suae parcus, publicae avarus. Amicorum libertorumque, ubi in bonos incidisset, sine reprehensione, patiens: si mali forent, usque ad culpam ignarus. Sed claritas natalium, et metus temporum obtentui, ut, quod segnitia erat, sapientia vocaretur. Dum vigebat aetas, militari laude apud Germanias floruit. Proconsul Africam moderate: jam senior, citeriorem Hispaniam pari justitia continuit: major privato visus, dum privatus fuit, et omnium consensu capax imperii, nisi imperasset.

50: *Trepidam urbem, ac simul atrocitatem recentis sceleris, simul veteres Othonis mores paventem, novus insuper* de Vitellio *nuntius exterruit, ante caedem Galbae suppressus, ut, tantum superioris Germaniae exercitum descivisse, crederetur. Tum* duos, omnium mortalium impudicitia, ignavia, luxuria deterrimos, velut ad perdendum Imperium fataliter electos, *non Senatus modo et Eques, quis aliqua pars et cura Reip. sed vulgus quoque palam moerere. Nec jam recentia saevae pacis exempla, sed repetita bellorum, civilium memoria:* captam totiens suis exercitibus urbem, vastitatem Italiae, direptiones provinciarum, Pharsaliam, Philippos, et Perusiam ac Mutinam, *nota publicarum cladium nomina, loquebantur*. Prope eversum orbem, etiam cum de Principatu inter bonos certaretur. Sed mansisse C. Julio, mansisse Caesare Augusto victore, Imperium: mansuram fuisse, sub Pompejo Brutoque, Remp.

vizj più tosto, che con virtù. Nè spregiatore di fama, nè vantatore. Dell' altrui danajo non avido, parco del suo, tenace del pubblico. Degli amici e liberti, ove incontravagli buoni, senza biasimo sofferente; se tristi fossero, ignorante sino alla colpa. Ma lo splendor de' natali e la paura de' tempi fecero che la ignavia prudenza si nominasse. Nell' età vegeta fiorì per gloria militare in Germania. Proconsole governò l'Affrica modestamente: la Spagna di qua con egual giustizia, già vecchio: parve più che privato, sinchè privato egli fu; e per consenso di tutti degno di signorìa, se non avesse signoreggiato.

50. Roma tremante, e paurosa non meno per l'atrocità del fresco misfatto, che de' costumi antichi di Ottone, vieppiù alla nuova di Vitellio atterrì, soppressa innanzi all' uccisione di Galba per lasciar credere, che il solo esercito della Germania di sopra tumultuava. Allora non solamente il Senato ed i Cavalieri, che han qualche parte e cura della repubblica, ma il volgo ancora palesemente affliggevasi, che i due, per impudicizia, ignavia, lussuria peggiori di tutti gli uomini, fossero fatalmente eletti come a distrugger l'impero. Nè già gli esempj recenti di crudel pace, ma le civili guerre rammemorandosi, discorrevano *Roma già tante volte da' suoi eserciti presa, la distruzione d' Italia, gli strazj delle provincie, Farsaglia, Filippi, e Perugia, e Modana, nomi noti di pubbliche stragi. Pressochè rovesciato il mondo, anche quando si contendeva del Principato tra buoni: ma restò con Cajo Giulio, restò con Cesare Au-*

Nunc pro Othone, an pro Vitellio, in templa ituros? Utrasque impias preces, utraque detestanda vota, inter duos, quorum bello solum id scires, deteriorem fore, qui vicisset. *Erant, qui Vespasianum et arma Orientis augurarentur. Et, ut potior utroque Vespasianus, ita bellum aliud, atque alias clades horrebant. Et ambigua de Vespasiano fama: solusque omnium ante se Principum in melius mutatus est.*

51. *Nunc initia caussasque motus Vitelliani expediam. Caeso cum omnibus copiis Julio Vindice, ferox praeda gloriaque exercitus, ut cui sine labore ac periculo ditissimi belli victoria evenisset, expeditionem quam otium, praemia quam stipendia malebat. Diu infructuosam et asperam militiam toleraverant, ingenio loci caelique, et severitate disciplinae; quam, in pace inexorabilem, discordiae civium resolvunt, paratis utrimque corruptoribus, et perfidia impunita. Viri, arma, equi, ad usum et ad decus supererant. Sed ante bellum centurias tantum suas turmasque noverant; exercitus finibus provinciarum discernebantur. Tum adversus Vindicem contractae legiones, seque et Gallias expertae, quaerere rursus arma, novasque discordias: nec* socios, *ut olim, sed* hostes *et* victos *vocabant. Nec deerat pars Galliarum, quae Rhenum accolit, easdem partes secuta, ac tum acerrima instigatrix adversus* Galbianos. *Hoc enim nomen, fastidito Vindice, indiderant. Igitur*

gusto vincitore l' Impero: sarebbe sotto Pompeo e Bruto rimasta ancor la Repubblica. Or per Ottone a' Templi, o per Vitellio s' andrà? L' una e l' altra empie suppliche, l' uno e l' altro voti esecrandi, per due, dalla cui guerra sol questo apprenderai che il peggiore sarà chi vinca. V' eran di que' che pronosticavano Vespasiano e l' armi d' Oriente, e, perchè ad ambi prevalea Vespasiano, di un' altra guerra tremavano, e d' altri eccidj. Ed era ambigua la fama di Vespasiano: e solo di tutti i Principi antecessori cangiossi in meglio.

51. Ora i principj e le cause del Vitelliano tumulto discorrerò. Trucidato con tutti i suoi Giulio Vindice, fiero per il bottino e per la gloria l' esercito, siccome quello, che senza fatica e rischio ebbe vittoria d' una ricchissima guerra, fazioni, battaglie, e premj più che stipendj bramava: e lungamente avea tollerato milizia aspra ed infruttuosa per la qualità del luogo e del cielo, e per la severità della disciplina, che, inesorabile nella pace, rallentasi nelle discordie civili per i corrompitori pronti d' ambo le parti e la perfidia impunita. Uomini, armi, cavalli per uso e pompa soprabbondavano. Ma innanzi alla guerra sol conoscevano le sue squadre: gli eserciti da' confini delle provincie si distinguevano. Accozzate allor contro Vindice le legioni, e pruovatesi con le Gallie, nuove guerre e nuove discordie anelavano, nè come prima *compagni* i Galli, ma gli appellavan *nemici e vinti*. Nè quella parte de' Galli, che abita presso il Reno, seguace della fazione medesima, desisteva d' essere acerrima istigatrice contra *i Galbiani*: chè

Sequanis Aeduisque, ac deinde, prout opulentia civitatibus erat, infensi, expugnationes urbium, populationes agrorum, raptus penatium hauserunt animo: super avaritiam et adrogantiam, praecipua validiorum vitia, contumacia Gallorum irritati, qui, remissam sibi a Galba quartam tributorum partem, et publice donatos, in ignominiam exercitus, *jactabant. Accessit callide vulgatum, temere creditum,* decumari legione, et promptissimum quemque centurionum dimitti. *Undique, atroces nuntii, sinistra ex urbe fama, infensa Lugdunensis colonia, et, pertinaci pro Nerone fide, foecunda rumoribus. Sed plurima ad fingendum credendumque materies in ipsis castris, odio, metu, et, ubi vires suas respexerant, securitate.*

52. *Sub ipsas superioris anni Kal. Decembr. Aulus Vitellius, inferiorem Germaniam ingressus, hiberna legionum cum cura adierat: redditi plerisque ordines, remissa ignominia, adlevatae notae: plura ambitione, quaedam judicio: in quibus sordem et avaritiam Fonteii Capitonis, adimendis adsignandisve militiae ordinibus, integre mutaverat. Nec Consularis Legati mensura, sed in majus omnia accipiebantur. Et Vitellius apud severos humilis. Id comitatem bonitatemque faventes vocabant, quod sine modo, sine judicio, donaret sua, largiretur aliena: simul aviditate imperandi, ipsa vitia pro virtutibus interpretabantur. Multi in utroque exercitu, sicut modesti quietique, ita mali et strenui. Sed pro-*

per disprezzo tal nome apposero a' parteggiani di Vindice. E nemici a' Sequani, agli Edui, e ad altri popoli ancora a misura della loro opulenza, gustavano già coll' animo l' espugnazioni delle città, i guasti delle campagne, gli spogli delle famiglie: oltre l'avarizia e l'orgoglio, vizj primarj de' forti, irritati dall' arroganza de' Galli, che *e del quarto delle gravezze lor condonato da Galba, e dell' intera nazion premiata* [11] *a scorno delle legioni* si millantavano. S'aggiunse voce, astutamente sparsa e scioccamente creduta, *che decimavansi le legioni, e i centurioni più valorosi si congedavano:* da per tutto novelle atroci, funesti avvisi da Roma, nemica la Colonia Lionese, e, per la ostinata fede a Nerone, piena di novità. Ma gran materia a mentire e a credere somministravan nel campo stesso l'odio, il timore, e, riguardate le loro forze, la sicurezza.

52. In sull' entrar di Dicembre dell' anno innanzi Aulo Vitellio, entrato nella inferior Germania, visitò diligentemente i quartieri delle legioni: a molti restituironsi i gradi, si condonarono le ignominie, le marche se ne alleviarono: le più di queste cose per ambizione, alcune avvedutamente, qual fu, nel togliere o dare i carichi militari, di mutar tutte le infamie dell' avarizia di Capitone. Nè queste cose, come da Consolar Legato, ma con più alta vista s' interpretavano fatte. E Vitellio, tenuto vile da' saggi, era da' parteggiani chiamato buono ed affabile, perchè senza misura, senza giudizio, donava il suo, profondeva l' altrui: e per l' avidità di signoreggiare [12] gli stessi vizj prendevano per virtù. Erano molti in ambedue gli eserciti,

fusa cupidine, et insigni temeritate Legati legionum, Alienus Caecina et Fabius Valens: e quibus Valens, infensus Galbae, tamquam detectam a se Verginii cunctationem, oppressa Capitonis consilia ingrate tulisset, instigare Vitellium, ardorem militum *ostentans.* Ipsum celebri ubique fama: nullam in Flacco Hordeonio moram: adfore Britanniam: secutura Germanorum auxilia: male fidas provincias: precarium seni Imperium, et brevi transiturum. Panderet modo sinum, et venienti Fortunae occurreret. Merito dubitasse Verginium, equestri familia, ignoto patre: imparem, si recepisset Imperium, tutum si recusasset. Vitellius tres Patris Consulatus, Censuram, collegium Caesaris, imponere jampridem Imperatoris dignationem, auferre privati securitatem. *Quatiebatur his segne ingenium, ut concupisceret magis, quam ut speraret.*

53. *At in superiore Germania, Caecina, decora juventa, corpore ingens, animi immodicus, cito sermone, erecto incessu, studia militum inlexerat. Hunc juvenem Galba, Quaestorem in Baetica, impigre in partes suas transgressum, legioni praeposuit: mox compertum, publicam pecuniam avertisse, ut peculatorem flagitari jussit. Caecina aegre passus, miscere cuncta, et privata vulnera Reip. malis operire statuit. Nec deerant in exercitu semina discordiae: quod et bello adversus Vindicem universus adfuerat; nec, nisi occiso Nerone, translatus in Galbam, atque*

come modesti e quieti, così malvagi ed arditi; ma i due Legati delle legioni Alieno Cecina e Fabio Valente, pieni d'ingorde brame e d'insigne temerità. Valente irato con Galba, perchè mostroglisi ingrato della scoperta irresoluzion di Virginio, e degli oppressi ardimenti di Capitone, inanimiva Vitellio, mostrandogli *l'ardor de' soldati; grande il suo nome per tutto: di niun impaccio Ordeonio Flacco: pronta per lui la Brettagna: certi gli ajuti Germanici: di dubbia fe le provincie: lubrico e momentaneo l'impero d'un vecchio: apra soltanto il grembo, muovasi ad incontrar la Fortuna. Meritamente esitò Virginio, di stirpe equestre, di padre ignoto; mal atto al carico dell' Impero, sicuro nel ricusarlo. Tre Consolati paterni, Censura, e cariche in compagnia di Cesare, già da gran tempo danno a Vitellio riputazione d'imperadore, e sicurezza tolgono di privato*. Da tali cose quel pigro ingegno era scosso ad averne più bramosìa che speranza.

53. Ma nella superior Germania Cecina, di giovinezza avvenente, grande della persona, d'animo smisurato, presto di lingua, di portamento altero, erasi guadagnato gli animi de' soldati. A costui, giovane e Questor nella Betica, fattosi tosto di sua fazione, diè Galba di una legione il comando: chiarito poi che distrasse il danajo pubblico, fe' come ladro accusarlo. Sdegnatosene Cecina deliberò di scompigliare ogni cosa, e coprir le private infamie con le ruine della repubblica. Nè mancavano in quell' esercito semi di turbamento, e perchè tutto alla guerra si ritrovò contro Vindice, nè fu per

in eo ipso sacramento vexillis inferioris Germaniae praeventus erat. Et Treveri ac Lingones, quasque alias civitates atrocibus edictis aut damno finium Galba perculerat, hibernis legionum propius miscentur. Unde seditiosa colloquia, et inter paganos corruptior miles, et in Verginium favor, cuicumque alii profuturus.

54. *Miserat civitas Lingonum, vetere instituto, dona legionibus, dextras, hospitii insigne. Legati eorum, in squalorem maestitiamque compositi, per principia, per contubernia, modo* suas injurias, *modo* civitatum vicinarum praemia, *et, ubi pronis militum auribus accipiebantur*, ipsius exercitus pericula et contumelias *conquerentes, accendebant animos. Nec procul seditione aberant, cum Hordeonius Flaccus* abire Legatos, *utque occultior digressus esset*, nocte castris excedere *jubet. Inde atrox rumor, adfirmantibus plerisque*, interfectos; ac, ni sibi consulerent, fore, ut acerrimi militum, et praesentia conquesti, per tenebras et inscitiam ceterorum occiderentur. *Obstringuntur inter se tacito foedere legiones. Adsciscitur auxiliorum miles; primo suspectus, tamquam, circumdatis cohortibus alisque, impetus in legiones pararetur; mox eadem acrius volens: faciliore inter malos consensu ad bellum, quam in pace ad concordiam.*

55. *Inferioris tamen Germaniae legiones solemni Kalen. Januariarum sacramento pro Galba adactae, multa cunctatione, et raris primorum*

Galba se non ucciso Nerone, e in quel giuramento stesso fu prevenuto pur dalle insegne della Germania inferiore. E i Treveri ed i Lingoni, e quante altre città Galba afflisse o con editti atroci, o con la detrazion de' confini, più da vicino con le legioni sì mescolavano. Di che nascevano sediziosi colloquj, maggiore fra' terrazzani la corruzion de' soldati, e un' affezion per Virginio, la qual era per giovare ad ogni altro.

54. Avea la città de' Lingoni, giusta il costume antico, mandato alle legioni il dono delle due destre, simbolo d'amicizia. I messaggeri loro in aspetto squallido e mesto per i principj, pe' padiglioni, or *de' lor torti*, or *de' premj delle vicine città*, e, dov' erano volentieri ascoltati, *de' rischj ed onte del medesimo esercito* condolendosi, gli animi ne infiammavano. Ed eran già per insorgere, quando Ordeonio Flacco ordinò *che i messaggeri partissero*, *e*, per celarne più la partita, *di notte uscissero da' quartieri*. Levossi atroce bisbiglio, i più gridandoli *uccisi; e se non vi provvedeano i soldati più ardimentosi*, *e tristi delle cose attuali*, *sarebbero fra le tenebre senza saputa ammazzati*. Tacitamente fra sè collegansi le Legioni; si aggregano gli ausiliarj, sospetti in prima, come se alle legioni da cavalli e fanti intorniate si preparasse un assalto, poscia più ardenti a voler lo stesso: più facilmente a guerra i ribaldi unendosi, che a tener pace.

55. Pur le Legioni della Germania inferiore il primo di Gennajo s'astrinsero a giurar fede a Galba solennemente; a grave stento e con raro plauso

ordinum vocibus: ceteri silentio, proximi cujusque audaciam expectantes; insita mortalibus natura, propere equi, quae piget inchoare. Sed ipsis legionibus inerat diversitas animorum. Primani quintanique turbidi adeo, ut quidam saxa in Galbae imagines jecerint: quintadecima ac sextadecima legiones, nihil ultra fremitum et minas ausae, initium erumpendi circumspectabant. At in superiori, quarta ac duodevicesima legiones, iisdem hibernis tendentes, ipso Kalend. Januariarum die dirumpunt imagines Galbae: quarta legio promptius, duodevicesima cunctanter, mox consensu. Ac, ne reverentiam Imperii exuere viderentur, S. P. Q. R. obliterata jam nomina, sacramento advocabant: nullo legatorum tribunorumve pro Galba nitente, quibusdam, ut in tumultu, notabilius turbantibus. Non tamen, quisquam in modum concionis e suggestu locutus. Neque enim erat adhuc, cui imputaretur.

56. *Spectator flagitii Hordeonius Flaccus, Consularis Legatus, aderat, non compescere ruentes, non retinere dubios, non cohortari bonos ausus; sed segnis, pavidus, et socordia innocens. Quatuor Centuriones duodevicesimae legionis, Nonius Receptus, Donatius Valens, Romilius Marcellus, Calpurnius Repentinus, cum protegerent Galbae imagines, impetu militum abrepti, vinctique. Nec cuiquam ultra fides, aut memoria prioris sacramenti: sed, quod in seditionibus accidit, unde plures erant, omnes fuere. Nocte, quae Kal. Januarias secuta est, in colo-*

le prime file, gli altri in silenzio, aspettando ognuno che primo il vicino ardisse, pel natural talento degli uomini di eseguir ratto ciò che incresce di cominciare. Ma nelle stesse Legioni diversi umori apparivano. La prima e la quinta talmente torbide, che alcuni scagliaron sassi contro l'effigie di Galba: la quindicesima e sedicesima, non osando che fremere e minacciare, andavan guardando intorno un motivo da scatenarsi. Ma nell'esercito superiore la Quarta e la Diciottesima, insieme accampate, il primo giorno medesimo di Gennajo spezzan l'effigie di Galba: la Quarta legione animosamente, titubando la Diciottesima, poi con ardore concorde. E per non parere di violare la maestà dell'Impero, giuravan ne' vieti nomi del Senato e Popol Romano, niun de' legati o tribuni in favor di Galba opponendosi; alcuni, come suol nel tumulto, accrescendone lo scompiglio. Tuttavia niuno in forma di ragunanza dall'alto parlamentò; poichè non eravi ancora su chi contare [13].

56. Stavasi il Consolar Legato Ordeonio Flacco a contemplare il tumulto, non osando comprimere i rovinosi, non trattenere i dubbj, non animare i buoni, ma neghittoso, timido, e innocente per codardìa. Quattro Centurioni della Legion Diciottesima, Nonio Recetto, Donazio Valente, Romilio Marcello, Calpurnio Repentino, che proteggevano il simulacro di Galba, furono dalla militar furia rapiti ed incatenati. Niuno più allor tenne fede o memoria del giuramento: ma, come nelle rivoluzioni interviene, tutti co' più si gittarono. La notte dopo il primo dì di Gennajo l'Alfiere della Quarta

niam Agrippinensem Aquilifer quartae legionis epulanti Vitellio nuntiat, quartam et duodevicesimam legiones, projectis Galbae imaginibus, in Senatus et Pop. Rom. verba jurasse. *Id sacramentum inane visum*. Occupari nutantem Fortunam, et offerri Principem, *placuit*. *Missi a Vitellio ad legiones Legatosque, qui*, descivisse a Galba superiorem exercitum, *nunciarent*, proinde aut bellandum adversus desciscentes, aut, si concordia et pax placeat, faciendum Imperatorem; et minore discrimine sumi Principem, quam quaeri.

57. *Proxima legionis primae hiberna erant, et promptissimus e Legatis Fabius Valens. Is die postero coloniam Agrippinensem cum equitibus legionis auxiliariorumque ingressus*, Imperatorem *Vitellium consalutavit Secutae ingenti certamine ejusdem provinciae legiones: et superior exercitus, speciosis Senatus Populique Romani nominibus relictis*, III *Non. Januarias Vitellio accessit. Scires illum priore biduo non penes Remp. fuisse. Ardorem exercituum Agrippinenses, Treveri, Lingones aequabant*, auxilia, equos, arma, pecunias *offerentes, ut quisque corpore, opibus, ingenio validus. Nec principes modo coloniarum aut castrorum, quibus praesentia ex adfluenti et parta victoria magnae spes: sed manipuli quoque et gregarius miles viatica sua, et balteos, phalerasque, insignia armorum argento decora, loco pecuniae tradebant: instinctu, et impetu, et avaritia*.

58. *Igitur, laudata militum alacritate, Vitel-*

Legione recò nuova nella Colonia Agrippinese a Vitellio, che banchettava, come la Legion Quarta e la Diciottesima, rovesciati i simulacri di Galba, giuraron nella volontà [14] del Senato e Popol Romano. Vano parve tal giuramento: piacque *afferrare l' ondeggiante fortuna*, *e Principe profferirsi*. Si mandò da Vitellio a significare alle legioni e a' legati *ribellatosi già da Galba l' esercito superiore: perciò doversi o combatter contro i ribelli, o, se amasi concordia e pace, creare l' Imperadore: e con minor pericolo scegliersi un Principe che cercarselo*.

57. Era là presso attendata la Legion Prima, e de' Legati il più ardito Fabio Valente. Costui, il dì poi entrato nella Colonia Agrippinese con la cavalleria della legione e degli ausiliarj, salutò *Imperadore* Vitellio. Lo seguitarono a gara le legioni della provincia medesima: e l' esercito superiore, lasciati i pomposi nomi di Senato e Popol Romano, a' tre di Gennajo si dichiarò per Vitellio: compreso avresti che due dì prima non era quello in potere della Repubblica. Gli Agrippinesi, i Treveri, ed i Lingoni emulavano l' ardor degli eserciti, offrendo *ajuti*, *cavalli*, *arme*, *danajo*, secondochè ognun valeva di facultà, di forze, d' ingegno. Nè solamente i primi delle Colonie o del campo, che avean dovizia di beni e speranze grandi della vittoria; ma i più volgari soldati davano in luogo di danajo viveri, bardamenti, pendagli, arme co' fregj d' argento, per istigazione, per impeto, per avarizia.

58. Vitellio dunque, lodata l' alacrità de' solda-

lius, ministeria Principatus, per libertos agi solita, in Equites Romanos disponit: vacationes Centurionibus ex fisco numerat: saevitiam militum, plerosque ad poenam exposcentium saepius, adprobat, partim simulatione vinculorum frustratur. Pompejus Propinquus, Procurator Belgicae, statim interfectus. Julium Burdonem, Germanicae classis Praefectum, astu subtraxit. Exarserat in eum iracundia exercitus, tamquam crimen, ac mox insidias, Fontejo Capitoni struxisset. Grata erat memoria Capitonis: et apud saevientes occidere palam, ignoscere non nisi fallendo, licebat. Ita in custodia habitus: et post victoriam demum, stratis jam militum odiis, dimissus est. Interim, ut piaculum, objicitur Centurio Crispinus, qui se sanguine Capitonis cruentaverat: eoque et postulantibus manifestior, et punienti vilior fuit.

59. *Julius deinde Civilis periculo exemptus' praepotens inter Batavos, ne supplicio ejus ferox gens alienaretur. Et erant in civitate Lingonum octo Batavorum cohortes, quartaedecimae legionis auxilia, tum discordia temporum a legione digressae: prout inclinassent, grande momentum, sociae aut adversae. Nonium, Donatium, Romilium, Calpurnium, Centuriones, de quibus supra retulimus, occidi jussit, damnatos fidei crimine, gravissimo inter desciscentes. Accessere partibus Valerius Asiaticus, Belgicae provinciae Legatus, quem mox Vitellius generum adscivit: et Junius Blaesus, Lugdunensis Galliae rector, cum Italica legione, et ala Tau-*

ti, distribuisce a' Cavalieri Romani gli ufficj del Principato, che da' liberti solevano amministrarsi: paga del Fisco a' centurioni i congedi: sovente appruova la crudeltà de' soldati nel chieder molti al supplizio: talor l'inganna col fingere d' imprigionarli. Pompeo Propinquo, Procurator della Belgica, fu tosto ucciso. Astutamente sottrasse Giulio Burdone, Prefetto dell' armata Germanica. Era l' esercito in ira contro di lui per avere tramata accusa e poi morte a Fontejo Capitone. Era di Capitone grata la ricordanza; e con quegli animi infelloniti potevasi palesemente uccidere, ma non perdonar senza inganno. Così ritennesi in carcere; e poi la vittoria alfine, spento già il rancor de' soldati, fu rilasciato. Offresi intanto, qual vittima, il Centurione Crispino per essersi contaminato del sangue di Capitone: perciò più noto a chi 'l chiese, e men caro a chi lo diede al supplizio.

59. Fu poi sottratto al pericolo Giulio Vindice, tra' Batavi strapotente, per non alienarsi con la sua morte una feroce nazione. Ed erano nella città de' Lingoni otto squadroni di Batavi, ajuti della Legione Quattordicesima, allora per le correnti discordie dalla Legione spiccatisi: di gran peso, a qualunque parte inclinassero. Impose che i Centurioni Nonio, Donazio, Romilio, Calpurnio, de'quali parlammo già, si uccidessero, per delitto di fedeltà, gravissimo tra ribelli. Accostaronsi a tal fazione Valerio Asiatico, Legato della provincia Belgica, che poi Vitellio si tolse a genero, e Giunio Bleso, governator della Gallia Lionese, con la Legione Italica e la Cavalleria Turinese in Lione attendate.

rina, Lugduni tendentibus: nec in Rhaeticis copiis mora, quo minus statim adjungerentur.

60. *Ne in Britannia quidem dubitatum. Praeerat Trebellius Maximus, per avaritiam ac sordes contemptus exercitui invisusque. Accendebat odium ejus Roscius Caelius, Legatus vicesimae legionis, olim discors, sed occasione civilium armorum atrocius proruperat. Trebellius* seditionem et confusum ordinem disciplinae *Caelio*; spoliatas et inopes legiones *Caelius Trebellio objectabat: cum interim foedis Legatorum certaminibus modestia exercitus corrupta, eoque discordiae ventum, ut auxiliarium quoque militum conviciis proturbatus, et, adgregantibus se Caelio cohortibus alisque, desertus Trebellius ad Vitellium perfugerit. Quies provinciae, quamquam remoto Consulari, mansit. Rexere Legati legionum, pares jure, Caelius audendo potentior.*

61. *Adjuncto Britannico exercitu, ingens viribus opibusque Vitellius, duos duces, duo itinera bello destinavit. Fabius Valens* adlicere, vel, si abnuerent, vastare Gallias, et Cottianis Alpibus Italiam inrumpere; *Caecina* propiore transitu, Peninis jugis degredi *jussus. Valenti inferioris exercitus electi, cum aquila quintae legionis, et cohortibus alisque, ad XL millia armatorum data: XXX millia Caecina e superiore Germania ducebat, quorum robur legio una, prima et vicesima, fuit. Addita utrique Germanorum auxilia, e quibus Vitellius suas quoque copias supplevit, tota mole belli secuturus.*

Nè punto le truppe Retiche a dichiararsi indugiarono; ed in Brettagna pure non si esitò.

60. Governavala Trebellio Massimo, vile ed odioso per avarizia e sordidezza all' esercito. L'odio accendevane Roscio Celio, Legato della Legione Ventesima, sempre discordi, ma all' occasion dell' armi civili più atrocemente si ruppero. Trebellio incolpava Celio *di sedizione e disciplina sconvolta*, Celio Trebellio, *delle spogliate e grame legioni;* tanto che per il turpe cozzar de' capi uscì di freno l' esercito, e a tal discordia si andò, che Trebellio, straziato ancor d' improperj dagli alleati, ed unendosi fanti e cavalli a Celio, abbandonato a Vitellio si rifuggì. Rimase pur la Provincia, benchè rimossone il Consolare, tranquilla. I Legati delle Legioni la ressero, pari d' autorità, primo Celio per ardimento.

61. Unitosi il Britannico esercito, Vitellio grande di forze e di mezzi destina due capitani e due cammini alla guerra. Ingiunse a Fabio Valente *di guadagnare*, *o*, *se riottassero*, *di devastare le Gallie*, *ed in Italia cacciarsi per l' Alpi Cozie:* a Cecina *per più breve tragitto*, *scendervi pe' gioghi Pennini*. Diede a Valente il fiore dell' inferiore esercito con l' aquila della Legione, cavalli e fanti ausiliarj, insino a quarantamila. Conducevane trentamila dalla superior Germania Cecina, de' quali il nerbo fu la Legion Ventunesima. L'uno e l'altro si rinforzò d' ajuti Germanici, de' quali fornì Vitellio ancor le sue truppe per seguitare con tutto il grosso dell' armi.

62. *Mira inter exercitum Imperatoremque diversitas. Instare miles, arma poscere*; dum Galliae trepident, dum Hispaniae cunctentur. Non obstare hiemem, neque ignavae pacis moras. Invadendam Italiam, occupandam urbem. Nihil in discordiis civilibus festinatione tutius, ubi facto magis, quam consulto opus esset. *Torpebat Vitellius, et fortunam Principatus inerti luxu ac prodigis epulis praesumebat, medio diei temulentus, et sagina gravis: cum tamen ardor et vis militum ultro Ducis munia implebat, ut si adesset Imperator, et strenuis vel ignavis spem metumque adderet. Instructi intentique* signum profectionis *exposcunt: nomen* Germanici *Vitellio statim additum:* Caesarem *se adpellari etiam victor prohibuit. Laetum augurium Fabio Valenti exercituique, quem in bellum agebat, ipso profectionis die, aquila leni meatu, prout agmen incederet, velut dux viae, praevolavit: longumque per spatium is gaudentium militum clamor, ea quies interritae alitis fuit, ut haud dubium magnae et prosperae rei omen acciperetur.*

63. *Et Treviros quidem, ut socios, securi adiere. Divoduri* (*Mediomatricorum id oppidum est*) *quamquam omni comitate exceptos subitus pavor exterruit, raptis repente armis ad caedem innoxiae civitatis: non ob praedam, aut spoliandi cupidine; sed furore et rabie, et caussis incertis, eoque difficilioribus remediis; donec,*

62. Maravigliosa diversità fra l'Imperadore e l'esercito. Arde la truppa, arme arme grida, *mentre le Gallie tremano, mentre le Spagne ondeggiano; non arrestarla il verno, nè di codarda pace gl' indugj: s' investa Italia, si pigli Roma: nulla più giova che la prestezza nelle civili discordie, ove più fatti voglionsi che consigli*. Anneghittiva Vitellio, e scialacquava già la fortuna del Principato con infingardo lusso e prodighe gozzoviglie, ubriaco di mezzo dì, e torpido per pinguedine: eppur l'ardore ed il valor de' soldati suppliva spontaneamente agli ufficj del capitano, come pur fosse l'Imperadore presente, e cuor mettesse o paura a' valorosi o codardi. Schierati e pronti chieggono il segno a marciare. Diessi tosto a Vitellio il titolo di *Germanico*: *Cesare*, ancor vincitore, non volle che si appellasse. A Fabio Valente, e all' esercito da lui condotto alla guerra, fu il giorno stesso della partenza di lieto augurio un' aquila, che lieve lieve volò dinanzi all' esercito, secondoch' esso avanzava, come a guidarne il cammino: e per lungo tratto tal fu il clamore dell' esultante truppa, tale la pausa dell' imperterrito uccello, che a certo augurio fu preso di grande e prospera cosa.

63. E ne' Treveri certamente, come alleati, sicuri entrarono. In Divoduro, luogo de' Mediomatrici, quantunque accolti con ogni piacevolezza, presi da subitanea paura brandiscon l'armi furiosamente a strazio dell' innocente città: non per brama di metterla a ruba e a sacco, ma per furore e rabbia, e per incerte cagioni, e perciò men reparabili; sinchè

precibus Ducis mitigati, ab excidio civitatis temperavere. Caesa tamen ad quatuor millia hominum. Isque terror Gallias invasit, ut venienti mox agmini universae civitates cum magistratibus et precibus occurrerent, stratis per vias pueris foeminisque; quaeque alia placamenta hostilis irae, non quidem in bello, sed pro pace, tendebantur.

64. *Nuntium de caede Galbae et Imperio Othonis, Fabius Valens in civitate Leucorum accepit. Nec militum animus in gaudium, aut formidinem permotus: bellum volvebat. Gallis cunctatio exemta; et in Othonem ac Vitellium odium par, ex Vitellio et metus. Proxima Lingonum civitas erat, fida partibus. Benigne excepti, modestia certavere. Sed brevis laetitia fuit, cohortium intemperie, quas, a legione quartadecima, ut supra memoravimus, digressas exercitui suo Fabius Valens adjunxerat. Jurgia primum: mox rixa inter Batavos et legionarios, dum his aut illis studia militum adgregantur, prope in proelium exarsere; ni Valens animadversione paucorum oblitos jam Batavos imperii admonuisset. Frustra adversus Aeduos quaesita belli caussa. Jussi* pecuniam atque arma deferre, *gratuitos insuper commeatus praebuere: quod Aedui formidine, Lugdunenses gaudio fecere. Sed legio Italica et ala Taurina abductae. Cohortem duodevicesimam Lugduni, solitis sibi hibernis, relinqui placuit. Manlius Valens, Legatus Italicae legionis, quamquam bene de partibus meritus, nullo apud Vitellium honore fuit.*

ammansiti dalle preghiere del capitano s'astennero dalla ruina della città: trucidati per altro quattromil' uomini. E tal paura invasò le Gallie, che all' appressar dell' esercito le città tutte co'Magistrati muovevan supplici ad incontrarlo, con i fanciulli e le donne per via prostrati, e quanto può placar ira nemica, non perchè fossero in guerra, ma ad aver pace adopravano.

64. Ebbe Fabio Valente nella città de'Leuci avviso della uccisione di Galba e dell'imperio d'Ottone. Non ne fu mosso l'animo de'soldati ad allegrezza o paura: guerra anelavano. Nè più indugiarono i Galli: ed Ottone e Vitellio egualmente odiavano; di Vitellio ancora temevano. Era vicina loro e fedele la città de'Lingoni: benignamente accoltivi, gareggiarono di cortesìa; ma breve fu l'allegrezza per l'insolenza delle coorti spiccatesi, come dissi, dalla Legione Quattordicesima, e da Valente aggiunte all'esercito. Contese in prima, e poi zuffa tra' Legionarj e Batavi; or questi, or quelli i soldati favoreggiando, quasi a battaglia s'accesero, se Valente, con il gastigo di pochi non ricordava a' Batavi la sommissione obliata. Cercossi indarno ragion di guerra con gli Edui. Comandati d'apportar armi e danaro, diedero gratuitamente anche viveri: ciò, che per tema gli Edui, i Lionesi fecero per allegrezza. Ma via di là si condussero e la Legione Italica e la Cavalleria Turinese. Piacque lasciare in Lione, sua consueta stanza, la compagnia Diciottesima. Mallio Valente, Legato della Legione Italica, benchè fautor benemerito di sua parte, non ebbe alcun onor da Vitellio.

Secretis eum criminationibus infamaverat Fabius ignarum, et, quo incautior deciperetur, palam laudatum.

65. *Veterem inter Lugdunenses Viennensesque discordiam proximum bellum accenderat. Multae invicem clades, crebrius infestiusque, quam ut tantum propter Neronem Galbamque pugnaretur. Et Galba reditus Lugdunensium, occasione irae, in fiscum verterat. Multus contra in Viennenses honor. Unde aemulatio, et invidia, et uno amne discretis connexum odium. Igitur Lugdunenses extimulare singulos militum et in eversionem Viennensium impellere,* obsessam ab illis coloniam suam, adjutos Vindicis conatus, conscriptas nuper legiones in praesidium Galbae *referendo. Et, ubi caussas odiorum praetenderant, magnitudinem praedae ostendebant. Nec jam secreta exhortatio, sed publicae preces:* Irent ultores, exscinderent sedem Gallici belli. Cuncta illic externa et hostilia: se coloniam Romanam, et partem exercitus, et prosperarum adversarumque rerum socios. Si fortuna contra daret, iratis ne relinquerentur.

66. *His et pluribus in eundem modum, perpulerant, ut ne Legati quidem ac Duces partium restingui posse iracundiam exercitus arbitrarentur: cum haud ignari discriminis sui Viennenses, velamenta et infulas praeferentes, ubi agmen incesserat, arma, genua, vestigia prensando, flexere militum animos. Addidit Valens trecenos singulis militibus sestertios. Tum vetustas dignitasque coloniae valuit; et verba Fabii,*

Avealo Fabio infamato con sorde accuse; e per coglierlo più sprovvisto palesemente lodatolo.

65. Aveva l' ultima guerra accesa tra' Lionesi e Viennesi l' antica stizza: si laceravan tra loro con più frequenti e furiose stragi, che se per Nerone e Galba soltanto si combattesse. E Galba, preso dall' ira, a' Lionesi le rendite confiscò, molto onorando per lo contrario i Viennesi: donde rivalità, gelosia, e fra divisi da un solo fiume odio immortale [15]. I Lionesi adunque accendono ad uno ad uno i soldati, e alla ruina gl' infiammano de' Viennesi, rammemorando *ch' essi assediarono la lor colonia, ajutarono gli ardimenti di Vindice, arruolarono testè legioni a sostener Galba*. Ed esposti i motivi d' odio, mostravano l' immensità della preda. Nè già segreti conforti, ma eran preghiere pubbliche: *muovano a vendicarsi; schiantin la sede della Gallica guerra; tutto esser là straniero e nemico: essi essere una colonia Romana, e dell' esercito parte, e compagni d' ogni fortuna. Ove mal coglia, non gli abbandonino all' ira degl' inimici*.

66. Con queste parole e più destarono cotal fiamma, che nè i Legati, nè i capi della fazione stimavano potersi spegnere la collera dell' esercito: quando i Viennesi istrutti del soprastante pericolo, e veli e bende mostrando ove inoltrava l' esercito, armi ginocchia e piedi abbracciandone, piegaron gli animi de' soldati. Valente aggiunse trecento sesterzj a capo: allora l' antichità e dignità prevalse della Colonia, e le parole di Fabio pregante salute e pace

salutem incolumitatemque Viennensium commendantis, aequis auribus accepta. Publice tamen armis mulctati, privatis et promiscuis copiis juvere militem. Sed fama constans fuit, ipsum Valentem magna pecunia emptum. *Is diu sordidus, repente dives, mutationem fortunae male tegebat, accensis egestate longa cupidinibus immoderatus, et, inopi juventa, senex prodigus. Lento deinde agmine, per fines Allobrogum et Vocontiorum ductus exercitus: ipsa itinerum spatia et stativorum mutationes venditante Duce, foedis pactionibus adversus possessores agrorum et magistratus civitatum, adeo minaciter, ut Luco (municipium id Vocontiorum est) faces admoverit, donec pecunia mitigaretur. Quotiens pecuniae materia deesset, stupris et adulteriis exorabatur. Sic ad Alpes perventum.*

67. *Plus praedae ac sanguinis Caecina hausit. Inritaverant turbidum ingenium Helvetii, Gallica gens, olim armis virisque, mox memoria nominis clara, de caede Galbae ignari, et Vitellii imperium abnuentes. Initium bello fuit avaritia ac festinatio unaetvicesimae legionis. Rapuerant pecuniam, missam in stipendium castelli, quod olim Helvetii suis militibus ac stipendiis tuebantur. Aegre id passi Helvetii, interceptis epistolis, quae nomine Germanici exercitus ad Pannonicas legiones ferebantur, centurionem et quosdam militum in custodia retinebant. Caecina, belli avidus, proximam quamque culpam, antequam poeniteret, ultum ibat. Mota propere castra: vastati agri: direptus, longa pace in modum*

a' Viennesi piacevolmente s' accolsero. Spogliati pure dell'armi pubblicamente, privatamente sovvennero d'ogni bisogno il soldato. Fu però grido costante, *che gran danajo fu comperato Valente stesso.* Questi, gran tempo sordido, subitamente ricco, mal ricopriva la mutazione della fortuna, sfrenato in brame da lunga indigenza accese, e pe' disagj di gioventù vecchio prodigo. A brevi giornate poi fu tratto lungo gli Allobrogi ed i Voconzj l' esercito, vendendone il Capitano i passaggi e gli alloggi a condizioni crudeli pe' possessori de' campi, e pe' magistrati delle città, così minacciosamente, che ardea già Luco (municipio egli è de' Voconzj) se con danajo non raddolcivasi: qualor mancasse il danajo, con adulterj e stupri placavasi. Così pervennesi all' Alpi.

67. Di maggior preda e sangue Cecina si dissetò. Ne aveano irritato l' animo atroce gli Elvezj, nazion di Gallia, chiara per armi ed uomini, poi per nome, e ignari della uccision di Galba sdegnavano la signorìa di Vitellio. Guerra destò l' avarizia e fretta della Legion Ventunesima: avea rapito il danajo mandato a provigion d' un Castello, che dagli Elvezj a proprie spese guardavasi. Di ciò gli Elvezj adirati, intercettate le lettere che dal Germanico esercito si recavano alle Legioni Pannoniche, ritennero un Centurione ed alcuni soldati in carcere. Cecina, ardente di guerra, tosto puniva qualunque colpa senza dar luogo a pentirsene. Mosse veloce il campo, devastò la campagna, rovinò quel luogo nella lunga pace costrutto a guisa di

municipii exstructus, locus, amoeno salubrium aquarum usu frequens. Missi ad Rhaetica auxilia nuntii, ut versos in legionem Helvetios a tergo adgrederentur.

68. *Illi, ante discrimen feroces, in periculo pavidi, quamquam primo tumultu Claudium Severum ducem legerant, non arma noscere, non ordines sequi, non in unum consulere. Exitiosum adversus veteranos proelium, intuta obsidio, dilapsis vetustate moenibus. Hinc Caecina cum valido exercitu; inde Rhaeticae alae cohortesque et ipsorum Rhaetorum juventus, sueta armis, et more militiae exercita. Undique populatio et caedes. Ipsi in medio vagi, abjectis armis, magna pars saucii aut palantes, in montem Vocetium perfugere. Ac statim, immissa cohorte Thracum, depulsi, et, consectantibus Germanis Rhaetisque, per silvas atque in ipsis latebris trucidati. Multa hominum millia caesa, multa sub corona venumdata. Cumque, dirutis omnibus, Aventicum, gentis caput, justo agmine peteretur, missi, qui dederent civitatem: et deditio accepta. In Julium Alpinum, e principibus, ut concitorem belli, Caecina animadvertit: ceteros veniae vel saevitiae Vitellii reliquit.*

69. *Haud facile dictu est, Legati Helvetiorum minus placabilem Imperatorem, an militem invenerint.* Civitatis excidium *poscunt, tela ac manus in ora Legatorum intentant. Ne Vitellius quidem minis ac verbis temperabat: cum Claudius Cossus, unus ex Legatis, notae facundiae, sed dicendi artem apta trepidatione oc-*

municipio, e per l'amena salubrità delle acque frequentatissimo. Manda agli ajuti Retici perchè alle spalle assalissero gli Elvezj volti contro della legione.

68. Quelli, feroci avanti il cimento, pavidi nel pericolo, benchè nel primo tumulto a capitano eleggessero Claudio Severo, non sapevano trattar armi, non mettersi in ordinanza, e non unirsi a consiglio. Rovinoso il combattere co' veterani; mal sostenere un assedio mura in rovina dalla vecchiezza; di qua Cecina con poderoso esercito; di là fanti e cavalli Retici, e Retica gioventù istruita ed esercitata nell'armi: saccheggio e strage per tutto. Essi nel mezzo incerti, gittate l'armi, feriti la maggior parte o dispersi, fuggirono in sul Vocezio. Tosto cacciatine da una coorte di Traci, ed incalzandoli Germani e Retici, per le selve e nelle tane medesime si trucidarono. Furono molte migliaja d'uomini spente, molte vendute all'incanto. E rovinato ogni cosa, mentre avanzava l'esercito in ordinanza ad Aventico, Capo della nazione, mandarono ad offerire, ed accettossi la resa della città. Cecina punì Giulio Alpino de' principali, siccome autor della guerra: riserbò gli altri al perdono o alla crudeltà di Vitellio.

69. È malagevole a dire se gli Oratori Elvezj trovasser meno placabile l'Imperadore o i soldati: questi chiedean *l'eccidio della città;* e con le mani e con l'armi erano al viso degli Oratori. Nè da minacce e grida pur s'asteneva Vitellio: quando Claudio Cosso, uno degli Oratori, di celebrata eloquenza, ma con acconcio tremore ogni artifizio

cultans, atque eo validior, militis animum mitigavit, ut est mos vulgo, mutabilem subitis, et tam pronum in misericordiam, quam immodicus saevitia fuerat. Effusis lacrymis, et meliora constantius postulando, impunitatem salutemque civitati impetravere.

70. *Caecina paucos in Helvetiis moratus dies, dum sententiae Vitellii certior fieret, simul transitum Alpium parans, laetum ex Italia nuntium accipit*, alam Syllanam, circa Padum agentem, sacramento Vitellii accessisse. *Proconsulem Vitellium Syllani in Africa habuerant: mox a Nerone, ut in Aegyptum praemitterentur, exciti, et ob bellum Vindicis remorati, ac tum in Italia manentes, instinctu Decurionum, qui Othonis ignari, Vitellio obstricti, robur adventantium legionum et famam Germanici exercitus adtollebant, transiere in partes: et, ut donum aliquod novo Principi, firmissima Transpadanae regionis municipia, Mediolanum ac Novariam, et Eporediam, ac Vercellas, adjunxere. Id Caecinae per ipsos compertum. Et, quia praesidio alae unius latissima pars Italiae defendi nequibat, praemissis Gallorum, Lusitanorum, Britannorumque cohortibus, et Germanorum vexillis, cum ala Petrina, ipse paullulum cunctatus, num Rhaeticis jugis in Noricum flecteret, adversus Petronium ibi Procuratorem, qui concitis auxiliis, et interruptis fluminum pontibus, fidus Othoni putabatur. Sed metu, ne amitteret praemissas jam cohortes alasque, simul reputans, plus gloriae retenta Italia, et, ubicumque certa-*

occultandone, e perciò più poderoso, ammansì l'animo de' soldati, com' è natura del volgo, che ratto mutasi, e tanto piegasi a compassione quanto trascese in fierezza: dirotti in lagrime, e miglior cose con più costanza chiedendo, perdono e pace impetrarono alla città.

70. Cecina, statosi pochi dì negli Elvezj per meglio intendere la volontà di Vitellio e disporsi a valicar l'Alpi, ha lieti avvisi d'Italia, *che la cavalleria Sillana di lungo il Po erasi data a Vitellio*. Avean militato i Sillani in Affrica sotto Vitellio Proconsolo: chiamati poi da Nerone per tragittarsi in Egitto, e per la guerra di Vindice rattenuti, ed allor fermi in Italia, ad impulso de' Decurioni, i quali non conoscendo Ottone, ed obbligati a Vitellio, esaltavan la forza delle legioni sopravvegnenti e la fama del Germanico esercito, per Vitellio si dichiararono: e come un dono al nuovo Principe, aggiunsero le più gagliarde città della regione oltre Po, Milano, e Novara, ed Eporedia, e Vercelli. Cecina seppelo da loro stessi. E perchè non poteva una banda sola difendere sì vasta parte d'Italia, inviatevi le squadre Galle, Lusitane, e Britanne, e le Germaniche insegne con la Cavallerìa Petrina, alquanto egli esitò, se dovesse pe' gioghi Retici andar nel Norico contro Petronio ivi Procuratore, che rinforzato d'ajuti, e rotti i ponti de' fiumi, fido ad Ottone si reputava. Ma per timore di perdere i già spediti cavalli e fanti, e maggior gloria stimando tener l'Italia, e che i Norici, ovunque si combattesse, sarebber anch'essi premio della vittoria, trasse per l'Alpi

tum foret, Noricos in caeterae victoriae praemia cessuros, Penino subsignanum militem itinere, et grave legionum agmen hibernis adhuc Alpibus traduxit.

71. *Otho interim, contra spem omnium, non delitiis, neque desidia torpescere. Dilatae voluptates, dissimulata luxuria, et cuncta ad decorem Imperii composita. Eoque plus formidinis adferebant falsae virtutes, et vitia reditura. Marium Celsum, Consulem designatum, per speciem vinculorum, saevitiae militum subtractum, acciri in Capitolium jubet. Clementiae titulus e viro claro, et partibus inviso, petebatur. Celsus constanter servatae erga Galbam fidei crimen confessus, exemplum ultro imputavit. Nec Otho, quasi ignosceret, sed, ne hosti metum reconciliationis adhiberet, statim inter intimos amicos habuit, et mox bello inter duces delegit. Mansitque Celso, velut fataliter, etiam pro Othone fides integra et infelix. Laeta primoribus civitatis, celebrata in vulgus Celsi salus, ne militibus quidem ingrata fuit, eandem virtutem admirantibus, cui irascebantur.*

72. *Par inde exultatio disparibus caussis consecuta, impetrato Tigellini exitio. Sophonius Tigellinus, obscuris parentibus, foeda pueritia, impudica senecta, Praefecturam vigilum et Praetorii, et alia praemia virtutum, quia velocius erat, vitiis adeptus, crudelitatem mox, deinde avaritiam; et virilia scelera exercuit: corrupto ad omne facinus Nerone, quaedam ignaro ausus, ac postremo ejusdem desertor ac proditor. Unde*

Penine orride ancora di neve la fanterìa leggiera ed il grave stuolo delle legioni.

71. Ottone intanto, contro l'espettazione di tutti, non impigriva nelle delizie o nell' ozio. Differiva i piaceri, dissimulava le cupidigie, tutta affettava la maestà dell' Impero: e perciò maggior paura mettevano le virtù false e i vizj che tornerebbero. Fa che a lui rechisi Mario Celso, Consolo eletto, sott' ombra di prigionia tolto al furor de' soldati: cercava titolo di clemente da un uomo illustre, e dalla parte abborrito. Celso, confessatosi francamente reo di fede tenuta a Galba, si offerse eguale amico ad Ottone. E Ottone, non quasi gli perdonasse, ma per non rendere ad un nemico la riconciliazione sospetta [16], se l'ebbe tosto tra' suoi più cari, e lo scelse tra' capitani alla guerra: e serbò Celso, quasi per fatalità, anche ad Ottone fedeltà salda e infelice. La salute di Celso, grata a' primati della città, celebrata dal volgo, non fu neppur discara a' soldati ammiratori di quella virtù medesima, che abborrivano.

72. Quindi pari esultanza nacque da cause diverse per l' impetrata ruina di Tigellino. Sofonio Tigellino, di sangue ignobile, vituperoso fanciullo, vecchio impudico, acquistatosi la Prefettura de' Vigili e del Pretorio, e altri premj della virtù per la via, perchè più breve [17], de' vizj, esercitò poi crudeltà, quindi avarizia e maschie sceleratezze: corrotto ad ogni malvagità Nerone, molte senza saputa sua commettendone, traditore e ribelle

non alium pertinacius ad poenam flagitavere, diverso adfectu, quibus odium Neronis inerat, et quibus desiderium. Apud Galbam T. Vinii potentia defensus, praetexentis, servatam ab eo filiam: *et haud dubie servaverat, non clementia, quippe tot interfectis sed effugio in futurum. Quia pessimus quisque, diffidentia praesentium mutationem pavens, adversus publicum odium privatam gratiam praeparat: unde nulla innocentiae cura, sed vices impunitatis. Eo infensior populus, addita ad vetus Tigellini odium recenti T. Vinii invidia, concurrere e tota urbe in palatium ac fora, et, ubi plurima vulgi licentia, in circum ac theatra effusi, seditiosis vocibus obstrepere: donec Tigellinus, accepto apud Sinuessanas aquas supremae necessitatis nuntio, inter stupra concubinarum, et oscula, et deformes moras, sectis novacula faucibus, infamem vitam foedavit etiam exitu sero et inhonesto.*

73. *Per idem tempus expostulata ad supplicium Galvia Crispinilla, variis frustrationibus, et adversa dissimulantis Principis fama, periculo exempta est: magistra libidinum Neronis, transgressa in Africam, ad instigandum in arma Clodium Macrum, famem Populo Rom. haud obscure molita, totius postea civitatis gratiam obtinuit, consulari matrimonio subnixa, et apud Galbam, Othonem, Vitellium inlaesa: mox potens pecunia et orbitate, quae bonis malisque temporibus juxta valent.*

74. *Crebrae interim, et muliebribus blandimentis infectae, ab Othone ad Vitellium episto-*

suo finalmente. Onde niun altro chiesero più duramente al supplizio, per affezioni diverse, e chi odiava e chi desiderava Nerone. Appo Galba l'autorità lo sostenne di Tito Vinio per la figliuola salvatagli; e la salvò certamente; non per clemenza, avendone tanti uccisi, ma per suo scampo avvenire: perchè ogni pessimo, non fidandosi del presente, e temendo d'un cangiamento, s'appresta favor privato contro dell' odio pubblico: onde niun zelo dell' innocenza, ma cambj d'impunità. Tanto più irato il popolo, pel fresco astio di Tito Vinio aggiuntosi al vecchio odio di Tigellino, da tutta Roma al palazzo e nelle piazze concorre, ed, ove più il volgo imperversa, nel circo e pe' teatri affollatosi, con sediziose voci romoreggiava: sinochè Tigellino, giuntogli all' acque di Sinuessa il cenno di morte, fra i stupri e i baci ed i sozzi indugj delle sue drude, squarciatosi con un rasojo la gola, l'infame vita vieppiù con tardo ed osceno fine lordò.

73. Nel tempo stesso chiesta Galvia Crispinilla al supplizio, con varie frodi e con mal nome del Principe infintosi di non saperne, al pericolo fu sottratta. Maestra delle libidini di Nerone, passata in Affrica per istigare a fellonìa Clodio Macro, scopertamente tramando d'affamar Roma, poscia ad un Consolare ammogliatasi, venne in grazia dell'intera città, e sotto Galba, Ottone, e Vitellio illesa, valse poi per ricchezza e sterilità, le quali cose ne' buoni e malvagi tempi assai possono.

74. Frequenti lettere intanto, e piene di femminili lusinghe, da Ottone a Vitellio andavano,

lae, *offerebant* pecuniam, et gratiam, et quemcunque quietis locum prodigae vitae legisset. *Paria Vitellius ostentabat*, *primo mollius*, *stulta utrimque et indecora simulatione: mox*, *quasi rixantes*, *stupra et flagitia invicem objectavere: neuter falso. Otho*, *revocatis*, *quos Galba miserat*, *legatis*, *rursus alios ad utrumque Germanicum exercitum*, *et ad legionem Italicam*, *easque*, *quae Lugduni agebant*, *copias*, *specie Senatus misit. Legati apud Vitellium remansere*, *promptius*, *quam ut retenti viderentur. Praetoriani*, *quos*, *per simulationem officii*, *legatis Otho adjunxerat*, *remissi*, *antequam legionibus miscerentur. Addit epistolas Fabius Valens*, *nomine Germanici exercitus*, *ad praetorias et urbanas cohortes*, *de viribus partium magnificas*, *et concordiam offerentes. Increpabant ultro*, quod tanto ante traditum Vitellio Imperium ad Othonem vertissent. *Ita promissis simul ac minis tentabantur;* ut bello impares, in pace nihil amissuri. *Neque ideo Praetorianorum fides mutata.*

75. *Sed insidiatores ab Othone in Germaniam*, *a Vitellio in urbem missi. Utrisque frustra fuit: Vitellianis impune*, *per tantam hominum multitudinem*, *mutua ignorantia fallentibus: Othoniani*, *novitate vultus*, *omnibus invicem gnaris*, *prodebantur. Vitellius litteras ad Titianum*, *fratrem Othonis*, *composuit*, exitium ipsi filioque ejus *minitans*, ni incolumes sibi mater ac liberi servarentur. *Et stetit domus utraque:*

danaro offrendo *e favore e luogo, qual più bramasse di vita voluttuosa e tranquilla*. Vitellio offriva lo stesso: prima piacevolmente, con goffa e sconcia simulazione reciproca; poi quasi azzuffandosi, stupri e vergogne scambievolmente si rinfacciavano; ed ambo con verità. Ottone, richiamati gli ambasciadori di Galba, altri di nuovo a nome del Senato invionne ad ambo i Germanici eserciti, e alla Legione Italica, e a quelle truppe, che in Lione stanziavano. Gli ambasciadori rimasero con Vitellio sì volentieri, che non parevano ritenuti. I Pretoriani, aggiunti agli ambasciadori da Ottone come per onorarli, si rinviarono prima che si meschiassero con le legioni. Fabio Valente diè loro lettere a nome del Germanico esercito per le squadre pretoriane ed urbane, che le forze della lor parte magnificando pace offerivano. Le riprendevano ancora *di avere ad Ottone offerto l' Impero, dato già tanto prima a Vitellio*. Così con promesse insieme e con minacce tentavansi, *come inferiori in guerra, nulla perduto avrebbero nella pace*. Nè perciò fede i Pretoriani cangiarono.

75. Ma i sicarj, che Ottone nella Germania, Vitellio in Roma spedì, riusciron vani ad entrambi. I Vitelliani, fra tanta calca ove non è chi conoscasi, impunemente s' ascosero: gli Ottoniani dalla novità dell' aspetto, tutti fra lor conoscendosi, si tradivano. Vitellio scrisse a Tiziano, fratel di Ottone, *a lui morte e al figliuol suo* minacciando, *se moglie e figliuoli illesi non gli serbassero*. E l' una e

sub Othone, incertum an metu; Vitellius victor clementiae gloriam tulit.

76. *Primus Othoni fiduciam addidit ex Illyrico nuntius*, jurasse in eum Dalmatiae, ac Pannoniae, et Moesiae legiones. *Idem ex Hispania adlatum: laudatusque per edictum Cluvius Rufus; et statim cognitum est, conversam ad Vitellium Hispaniam. Nec Aquitania quidem, quamquam a Julio Cordo in verba Othonis obstricta, diu mansit. Nusquam fides aut amor; metu ac necessitate huc illuc mutabantur. Eadem formido provinciam Narbonensem ad Vitellium vertit, facili transitu ad proximos et validiores. Longinquae provinciae, et quidquid armorum mari dirimitur, penes Othonem manebant: non partium studio sed erat grande momentum in nomine urbis ac praetextu Senatus: et occupaverat animos prior auditus. Judaicum exercitum Vespasianus, Syriae legiones Mucianus sacramento Othonis adegere. Simul Aegyptus, omnesque versae in Orientem provinciae, nomine ejus tenebantur. Idem Africae obsequium, initio a Carthagine orto. Neque expectata Vipstani Aproniani, Proconsulis, auctoritate, Crescens, Neronis Libertus (nam et hi malis temporibus partem se Reip. faciunt) epulum plebi, ob laetitiam recentis Imperii, obtulerat: et populus pleraque sine modo festinavit. Carthaginem ceterae civitates secutae. Sic distractis exercitibus ac provinciis, Vitellio quidem ad capessendam Principatus fortunam bello opus erat.*

l' altra casa fu salva: da Ottone, è dubbio se per paura; fu di Vitellio vincitore clemenza.

76. La prima a rincorare Ottone fu la novella d' Illiria, che le legioni e di Dalmazia e di Pannonia e di Mesia gli avean giurato obbedienza. Lo stesso giunse di Spagna; e Cluvio Rufo ne fu lodato per bando: ma tosto seppesi che la Spagna s'era voltata a Vitellio. Nè l' Aquitania pure, benchè obbligata da Giulio Cordo a giurar fede ad Ottone, perseverò lungamente. In niun luogo fede od amore: qua e là volgeali paura e necessità. E paura voltò la Gallia Narbonese a Vitellio, per il passaggio agevole a' più vicini e più forti. Le provincie lontane e quante eran armi oltre mare erano a'cenni d' Ottone: non per amor di parte; ma di gran peso era di Roma il nome e la riputazion del Senato: e furon gli animi guadagnati dal primo avviso. Vespasiano strinse a giurare ad Ottone il Giudaico esercito; Muciano le legioni di Siria. L'Egitto ancora, e quante provincie guardan l'Oriente, a nome suo governavansi. L'Affrica, indottavi da Cartagine, lo venerava. Ed il liberto di Nerone, Crescente (chè questi ancora ne' tempi calamitevoli si fan parte della Repubblica) senz'aspettare l'autorità di Vipstano Aproniano Proconsole, diede un banchetto alla plebe per l'allegrezza del nuovo Principe, ed assai cose il popolo senza misura affrettò. L'altre città Cartagine seguitarono. Così divisi gli eserciti e le provincie, bisognava certo a Vitellio, per insignorirsi del principato, combattere.

77. *Otho, ut in multa pace, munia imperii obibat: quaedam ex dignitate Reip.; pleraque contra decus, ex praesenti usu properando. Consul cum Titiano fratre in Kalen. Martias ipse: proximos menses Verginio destinat, ut aliquod exercitui Germanico delinimentum. Jungitur Verginio Poppaeus Vopiscus, praetextu veteris amicitiae; plerique, Viennensium honori datum, interpretabantur. Ceteri Consulatus ex destinatione Neronis, aut Galbae mansere: Caelio ac Flavio Sabinis in Julias; Ario Antonino et Mario Celso, in Septembres: quorum honori ne Vitellius quidem victor intercessit. Sed Otho Pontificatus Auguratusque honoratis jam senibus cumulum dignitatis addidit; et recens ab exilio reversos nobiles adolescentulos avitis ac paternis sacerdotiis in solatium recoluit. Redditus Cadio Rufo, Pedio Blaeso, Sevino Pomtino Senatorius locus: repetundarum criminibus sub Claudio ac Nerone ceciderant. Placuit ignoscentibus, verso nomine, quod avaritia fuerat, videri majestatem: cujus tum odio etiam bonae leges peribant.*

78. *Eadem largitione civitatum quoque ac provinciarum animos adgressus, Hispaliensibus et Emeritensibus familiarum adjectiones, Lingonibus universis civitatem Romanam, provinciae Baeticae Maurorum civitates dono dedit. Nova jura Cappadociae, nova Africae, ostentui magis, quam mansura. Inter quae, necessitate praesentium rerum et instantibus curis excusata, ne tum quidem immemor amorum, statuas Pop-*

77. Ottone, come in gran pace amministrava l'Impero, parte con dignità, parte contra il decoro della Repubblica, secondochè il bisogno esigeva, precipitando. Si fa egli Consolo insino al primo di Marzo col suo fratello Tiziano; destina i seguenti mesi a Virginio, per carezzare alquanto il Germanico esercito. Poppeo Vopisco a Virginio aggiugnesi, in grazia dell' amicizia antica: i più dissero per onorare i Viennesi. Gli altri Consolati restarono, come Nerone o Galba li destinò. A Celso e Flavio Sabini, in Luglio; ad Arrio Antonino ed a Mario Celso, in Settembre: ed alla lor dignità neppur Vitellio vincitore s' oppose. Ma Ottone a' vecchi, già Magistrati, per colmo aggiunse la pontificia ed augural dignità: ed in sollievo a' nobili giovanetti, testè tornati d' esilio, i sacerdozj aviti e paterni restituì. Rendettesi a Cadio Rufo, a Pedio Bleso, a Sevino Pontino la dignità Senatoria, che sotto Claudio e Nerone per estorsioni pubbliche fu lor tolta. Piacque a chi perdonava, che quel che fu ruberìa, cambiato nome, paresse offesa maestà: per odio della qual legge allora anche le buone leggi perivano.

78. Con la medesima profusione tentando gli animi ancora delle provincie e città, donò nuove famiglie a' Sivigliani ed Emeritesi, la romana cittadinanza a tutti i Lingoni, le città de' Mauri alla Betica, nuovi diritti alla Cappadocia, nuovi all' Affrica, a mostra più che a stabilità. Fra le quali cose, scusate dalla necessità de' tempi e de' travagli incalzanti, neppure allora dimentico degli amori, ristabilì per decreto de' Padri le immagini di Poppea.

paeae per Senatusconsultum reposuit. Creditus est etiam de celebranda Neronis memoria agitavisse, spe vulgum adliciendi. Et fuere, qui imagines Neronis proponerent: atque etiam Othoni quibusdam diebus populus et miles, tamquam nobilitatem ac decus adstruerent, NERONI OTHONI *adclamavit. Ipse in suspenso tenuit, vetandi metu, vel adgnoscendi pudore.*

79. *Conversis ad civile bellum animis, externa sine cura habebantur. Eo audentius Rhoxolani, Sarmatica gens, priore hieme caesis duabus cohortibus, magna spe ad Moesiam inruperant: novem millia equitum, ferociora ex successu, et praedae magis quam pugnae intenta. Igitur vagos et incuriosos tertia legio adjunctis auxiliis, repente invasit. Apud Romanos omnia proelio apta: Sarmatae, dispersi cupidine praedae, aut graves onere sarcinarum, et lubrico itinerum adempta equorum pernicitate, velut vincti caedebantur. Namque mirum dictu, ut sit omnis Sarmatarum virtus velut extra ipsos. Nihil ad pedestrem pugnam tam ignavum: ubi per turmas advenere, vix ulla acies obstiterit. Sed tum humido die, et soluto gelu, neque conti, neque gladii, quos praelongos utraque manu regunt, usui, lapsantibus equis, et cataphractarum pondere. Id principibus et nobilissimo cuique tegmen, ferreis laminis, aut praeduro corio consertum; ut adversus ictus impenetrabile, ita impetu hostium provolutis inhabile ad resurgendum. Simul altitudine, et mollitia nivis, hauriebantur. Romanus miles facili lorica, et mis-*

Credesi pur che trattasse di celebrar la memoria di Nerone per guadagnarsi il volgo, e v'ebbe chi ne produsse le immagini; e per alquanti giorni eziandio, quasi splendore e nobiltà gli aggiugnessero, il popolo ed i soldati A NERONE OTTONE applaudirono. Egli si tenne in forse, temendo di proibirlo, e vergognandosi di approvarlo.

79. Rivolti gli animi a civil guerra, le cose esterne si trascuravano. Tanto più arditamente i Rossolani, nazione Sarmata, trucidate nel verno innanzi due compagnie, con grandi speranze ruppero nelle Gallie: nove mila cavalli, vieppiù feroci per lo successo, più a depredare attendevano che a combattere. La terza legione adunque con gli ausiliarj gli colse improvvisamente erranti e disappensati. Presso i Romani tutto era acconcio a battaglia: sbandati i Sarmati dall' avidità della preda, o aggravati dal carico de' bagagli, e toltane dalla lubricità del terreno la velocità de' cavalli, come legati si trucidavano. Poichè è mirabile a dirsi, che tutto il valor de' Sarmati è come fuori di loro: non v'ha soldato più vile a piedi; ove a cavallo avanzano; appena li sosterrebbe un esercito. Ma la umidità di quel giorno ed il gelo scioltosi resero vani i lancioni e le lunghissime spade rette a due mani, per lo sdrucciolo de' cavalli ed il peso dell' armadura, che tutta ferro o durissimo cuojo copre i primarj lor cavalieri, quanto impenetrabile a' colpi, tanto d'impaccio a risorgere pe' rovesciati dall' impeto de' nemici: erano insieme ingojati dalla mollezza e profondità della neve. Il soldato romano con ar-

sili pilo aut lanceis adsultans, ubi res posceret, levi gladio inermem Sarmatam (neque enim defendi scuto mos est) cominus fodiebat: donec pauci, qui proelio superfuerant, paludibus abderentur. Ibi saevitia hiemis, et vi vulnerum absumpti. Postquam id Romae compertum, M. Aponius, Moesiam obtinens, triumphali statua, Fulvius Aurelius, et Julianus Titius, ac Numisius Lupus, Legati legionum, Consularibus ornamentis donantur: laeto Othone, et gloriam in se trahente, tamquam et ipse felix bello, et suis Ducibus suisque exercitibus Remp. auxisset.

80. *Parvo interim initio, unde nihil timebatur, orta seditio prope urbi excidio fuit. Septimamdecimam cohortem, e colonia Hostiensi, in urbem acciri Otho jusserat: armandae ejus cura Vario Crispino, Tribuno e praetorianis, data. Is, quo magis vacuus, quietis castris, jussa exequeretur, vehicula cohortis, incipiente nocte, onerari, aperto armamentario, jubet. Tempus in suspicionem; caussa in crimen; adfectatio quietis in tumultum evaluit: et visa inter temulentos arma cupidinem sui movere. Fremit miles, et Tribunos Centurionesque* proditionis *arguit*, tamquam familiae Senatorum ad perniciem Othonis armarentur: *pars ignari et vino graves; pessimus quisque in occasionem praedarum; vulgus, ut mos est, cujusque motus novi cupidum: et obsequia meliorum nox abstulerat. Resistentem seditioni Tribunum, et severissimos Centu-*

rendevole usbergo, e con dardi o lance, e ov' uopo fosse con il pugnale assaltandolo, ferìa da presso l' inerme sarmata, poichè non usa difendersi con lo scudo. Pochi avanzati alla zuffa si ascosero fra paduli. Ivi per la crudezza del freddo e per l' asprezza delle ferite perirono. Poichè ciò seppesi a Roma, Marco Aponio, governator della Mesia, ottenne statua trionfale, Fulvio Aurelio, e Giuliano Terzo, e Numisio Lupo, legati delle legioni, i consolari ornamenti: esultando Ottone e gloriandosi, *come se anch' egli, felice in guerra, ampliata avesse co' suoi capitani ed eserciti la Repubblica.*

80. Da lieve cagione intanto, donde nulla temevasi, scoppiò tumulto, che fu per rovinar la città. Aveva Ottone ordinato, che d' Ostia in Roma venisse la coorte diciassettesima: n' ebbe la cura d' armarla Vario Crispino, tribuno de' Pretoriani. Costui, per farlo più agiatamente mentr' era il campo in riposo, fa caricare di prima notte, apertane l' armerìa, le carrette della coorte. L' ora fu presa a sospetto, la cagione a delitto; il mezzo da prevenire il tumulto, lo sollevò: e l' armi vistesi fra briachi furore accesero di trattarle. Freme il soldato, e rampogna i tribuni ed i centurioni *di tradimento*, *come se le famiglie de' senatori a strazio di Ottone si armassero*: parte nulla sapendo, ed aggravati dal vino: i più ribaldi, per occasion di saccheggio: il volgo, com' è suo uso, cupido d' ogni nuovo tumulto: e la notte avea guadagnata [18] la connivenza de' buoni. Tagliano a pezzi un tribuno, che alla sedizione oppone-

rionum obtruncant. Rapta arma, nudati gladii, insidentes equis urbem ac palatium petunt.

81. *Erat Othoni celebre convivium, primoribus foeminis virisque; qui trepidi, fortuitusne militum furor, an dolus Imperatoris, manere ac deprehendi, an fugere et dispergi, periculosius foret; modo constantiam simulare, modo formidine detegi, simul Othonis vultum intueri: utque evenit, inclinatis ad suspicionem mentibus, cum timeret Otho, timebatur. Sed haud secus discrimine Senatus, quam suo territus, et Praefectos Praetorii ad mitigandas militum iras statim miserat, et* abire propere omnes e convivio *jussit. Tum vero passim magistratus, projectis insignibus, vitata comitum et servorum frequentia, senes foeminaeque, per tenebras, diversa urbis itinera, rari domos, plurimi amicorum tecta, et, ut cuique humillimus cliens, incertas latebras petivere.*

